Ruſus per cappam glorioſa corporum immortalitas intelligitur. vnde illam non niſi in maioribus feſtiuitatibꝰ induimus: aſpicientes in futuram reſurrectionem quando electi depoſita carne binas ſtolas accipiēt videlicet requiem animarum ⁊ gloriam corporuꝫ. Que cappa recte interius patula eſt niſi ⁊ ſola neceſſaria fibula inconſuta: qꝛ corpa ſpūalia facta nullis animam obturabunt anguſtys. fimbrys etiam ſubornatᷣ: qꝛ tunc noſtre nihil deent imperfectioni: ſed qđ nūc ex parte cognoſcimꝰ tūc cognoſcemus ſicut ⁊ cogniti ſumus. ¶ Quidā autem heretici garriūt nuſq̄ꝫ reperi ī nouo teſtamēto ꝙ xp̄s vel diſcipuli eius p̄miſſis veſtibꝰ īduerentᷣ: rep̄hendētes nos temere qꝛ talibꝰ ornamur qm̄ ſicut Jo. ait. Dominꝰ ſurgens de cena poſuit veſtimēta ſua ⁊ poſtea aliā nūq̄ꝫ accepit niſi ſua Nos vero vt dicūt plura alia q̄ꝫ veſtimꝰ reueſtimꝰ ī miſſa ī qua cenā ipſā imitamur. ⁊ dn̄s ab his ꝗ volunt ambulare ī ſtolis nos cauere p̄cepit dicēs. Cauete a ſcribis qui volunt ambulare ī ſtolis. dicunt enī ꝙ hoc facimꝰ vt iuſtiores ⁊ excellētiores populis appeamꝰ: ꝯtra illđ: Uos eſtis qui iuſtificaſtis vos coram hoībus: deꝰ autē nouit corda veſtra: qꝛ quod hoībꝰ altū eſt: abhominatio ē apud deuꝫ. Error autē iſte ex p̄miſſis apertiſſime cōfutatᷣ. Legitur quoq̄ꝫ Ezech. 42. ⁊ 44. Cum igredientᷣ ſanctuariū meū ⁊ accedēt ad menſā meā vt mihi miniſtrent ⁊ cuſtodiant ceremonias meas veſtibꝰ lineis induentur. nec aſcendet ſuper eos quicq̄ꝫ laneū. Cum egredientᷣ atriū exteriꝰ ad populū exuēt ſe veſtimētis ſuis ī ꝗbus miniſtrauerunt ⁊ non ſanctificabunt populū ī veſtimentis ſuis. ¶ Et nota ꝙ oſtiary: lectores: exorciſte ⁊ accolyti veſtibꝰ albis vtuntur: videlicet ſuperpellicio amicto ⁊ alba ⁊ baltheo: vt angelos dei miniſtros p̄ caſtitatis mundiciam imitentur ⁊ eis in carne glorioſa effecta ſpūali quaſi ī albis veſtibꝰ ſocientur. Jnde ē ꝙ potiꝰ lineis veſtibꝰ vtuntᷣ: qꝛ ſicut linū multo labore ad candorē perducitᷣ ſic neceſſe ē per multas tribulationes ad regni gloriā peruenire. ¶ Jn concilio magun. ii. q. i. ep̄s preſbyter: ſtatutū ē ꝙ ep̄s ī ordinatione ſua recipiat orariuꝫ baculū ⁊ annulum: preſbyter orariū ⁊ planetā: dyaconꝰ orariū ⁊ dalmaticaꝫ: ſubdyaconus patenā ⁊ calicē: ⁊ cū degradantᷣ ea p̄dunt. Et in cōcilio toletano. 93. di. dyaconus ī cōuentu: ſtatutuꝫ ē ꝙ dyaconus tēpore oblationis tātū ſcꝫ quādo legit euangeliū vtatᷣ alba. i. dalmatica. ¶ Notanduꝫ quoq̄ꝫ eſt ꝙ veſtes euangelici ſacerdotis aliud deſignant in capite ſcilicet ī chriſto aliudq̄ꝫ figurant in membris: quamq̄ꝫ ⁊ caput ⁊ membra ſacerdotis nomine nuncupantur. ad caput dicᷣ pſalmigraphus. Tu es ſacerdos in eternum ſcđm ordinē melchiſedech. Ad mēbra vero dicit apoſtolus. Uos eſtꝭ genus electum regale ſacerdotium. Exponēda ergo ſunt eorum myſteria. Primo ſꝫ ꝙ membris. cōſequenter ſꝫ ꝙ capiti ſcilicet chriſto conueniunt: put in quolibet capitulo diſtinguetᷣ. ¶ De ornamētis autem ⁊ palleis ⁊ veſtibus eccleſie vel altaris in prima p̄te dictū eſt: vbi agitᷣ đ picturis. Porro ſex idumēta ſacerdotibꝰ ⁊ ep̄is cōia ſūt hec: amictꝰ: alba: zona ſeu cingulū: ſtola: manipulꝰ planeta. ¶ Nouē vo pōtificibꝰ ſpālia ſūt hec: calige: ſādalia: ſuccinctoriū: tunica: dalmatica: cyrothece: mitra: ānulus: baculus paſtoralis. De ꝗbꝰ oībus ſingulatī p̄ſequimur ⁊ ēt de ſudario ⁊ de pallio ⁊ de coloribꝰ ꝗbꝰ eccl'ia ī eccl'iaſticꝭ vtitᷣ idumentis ⁊ de legalibꝰ idumētis ſiue veteris teſtī.

¶ De amictu. Rubrica.

PRimo de ſex ornamētis epiſcopis ⁊ ſacerdotibus cōmunibꝰ eſt ſꝫm premiſſa dicendum. Lotis itaq̄ꝫ manibus ep̄s ſeu ſacerdos celebraturus aſſumit amictum quo caput tegitᷣ quem pontifex loco ephot ſiue ſuperhumerale ⁊ rōnale habet: ⁊ nūc etiā ſuperhumerale vocari pōt ſignificans ſalutē que per fidē tribuitᷣ. De hoc apoſtolꝰ ad eph. 6. Saleā ſalutis aſſumite. Significat etiā caſtitateꝫ cordis ⁊ corpis qꝛ ⁊ renes ⁊ pectꝰ ambit ⁊ tegit. ⁊ omnibꝰ ſacris veſtibꝰ ſupponitᷣ ſed oībꝰ ſupeminet qꝛ caſtitas etiā debet eſſe intus ī pectore ⁊ foris nitere opere. vnde ī renibus ſtrigitᷣ qꝛ ibi precipue luxuria dominatᷣ. Per amictū quoq̄ꝫ ſup̄ humeros qꝛ circūquaq̄ꝫ diffūditᷣ: operū fortitudo deſignatᷣ. Humeri nanq̄ꝫ fortes ſunt ad op̄a pagenda. Juxta illud patriarche Jacob. Suppoſuit humex ad portādū: ⁊ factꝰ eſt tributis ſeruiēs. Duo vaſculi ſiue due chordule ꝗbꝰ amictꝰ ante pectꝰ ligatᷣ: ſignificant ītētionē ⁊ finē ꝗbus īformandū eſt opꝰ ne fiat ī fermento malicie ⁊ nequitie. ſed ī azimis ſinceritatis ⁊ veritatis. Sacerdos igitᷣ nō debet ocioſus exiſtere. ſꝫ bonis operibꝰ īſudare. ſꝫ illud ap̄li ad thi. Labora ſicut bonꝰ miles ieſu xp̄i. Laudanda tamē quorūdā locorum habet cōſuetudo vt linea camiſia alba aut ſuperpellicium ſuper cōes veſtes iduatᷣ priuſq̄ꝫ amictus imponatᷣ per quod fides que p̄mo adeſſe debet ſignificatᷣ. Porro amictus ſuper os planete reuoluitur: de quo ſub ti. de planeta dicetᷣ. amictu quoq̄ꝫ collū ſtringitᷣ p̄ qđ vocis caſtigatio ītelligitur: qm̄ per collū in quo vox eſt vſus loquēdi exp̄mitur. Stringitᷣ ergo collū ne ide ad linguā mendaciū trāſire poſſit. Leuiter tamen cū eo pectus ⁊ fauces ſtringuntur prout ſub ti. de cingulo dicetur. Jllo etiam caput operimus ne circunquaq̄ꝫ libere proſpiciendo illicita cogitemus. Pectus ſeu cor eo tegitur qꝛ animus ſacerdotis ad ea que incūbunt debet totus eſſe ītentus: nec debet tunc ad vanitates vel ad aliq̄ mundana libere meditanda diſſolui. Porro amictus q̄ ſacerdos caput obnubilat ſecundū ꝙ capiti. ſ. chriſto conuenit ſignificat id quod in apoca. deſcribitur videlicet angelum dei fortem deſcendiſſe de celo amictum nube. Et in Jſa. Ecce dominus aſcendit ſuper nubem candidam. Ueniens etiam ad ſaluationem mundi ſaluator mundi dei filius angelus magni conſily amictus eſt nube dum diuinitatem abſcondit in carne. Nam caput viri chriſtus caput chriſti deꝰ: extra de ſacra vnc. ca. vno. Hoc ergo carnis latibulum ſignificat ſacedotis amictus quod per illā ſindonem expreſſius ſignificatur: qua ſummus pontifex caput obducit: de qua ſub ti. de ſuccintorio dicetur: ⁊ pulchre quidem qđ per calciamentum peduꝫ hoc ipſuꝫ per amictum capitis deſignatur: quia diuinitas in carne latuit ⁊ per carnem innotuit. Nam cum notꝰ eſſet in iudea deus ⁊ in iſrael magnum nomen eius: in Jdumeam extēdit calciamentum ſuum ⁊ ante conſpectum gentium reuelauit iuſticiam ſuam. Amictus etiam repreſentat operimentū quo iudei velabant faciem chriſti dicētes Mathei. 25. Prophetiza nobis chriſte quis eſt qui te p̄cuſſit.

¶ De alba. Rubrica

POſt amictum camiſiam ſiue albam ſacerdos induit que membris corporis conuenienter aptata nihil ſuperfluum aut diſſolutum in vita ſacerdotis aut in eius membris eſſe debere demonſtrat. hec ob ſpēm candoris mundiciam demonſtrat ſecundum quod legitur: Omni tempore veſtimenta tua ſint candida. Fit auteꝫ de byſſo vel lino propter quod ſcriptū eſt: byſſinum ſunt iuſtificationes ſanctorum. Eſt autem byſſus linum egyptiacum. Sicut enim linum vel byſſus candorem quem ex natura non habet multis tonſionibus attritum acquirit per artem: ſic ⁊ hominis caro mūdiciam quam non obtinet per naturam: per exercitia bonorum operum multis caſtigationibꝰ macerata ſortitur per gratiam. Sacerdos ergo ſecundum apoſtolum: caſti

get corpus ſuum ⁊ in ſeruitutem redigat: ne forte cū alijs
predicauerit ipſe reprobus fiat. Habet aūt alba capuciū
qḋ eſt pfeſſio caſtitatis. Habet etiā lingulam que ſignifi
cat linguam ſacerdotalem que ligat contumaces ⁊ abſol
uit penitentes. ¶ Rurſus hec veſtis que in veteri ſacer/
dotio linea vel poderis grece ſeu tunica talaris dicebat̄:
ſtricta fuiſſe deſcribit̄ ꝓpter ſpiritū ſeruitutis iudeoꝝ in
timore. In nouo vero larga eſt ꝓpter ſpiritū adoptionis
in libertate qua nos chriſtus liberauit. Qḋ aūt aurifriſiū
⁊ grammata diuerſis in locis ac varijs operibꝰ ad decorē
habet: illud inſinuat qḋ propheta dicit in pſ. Aſtitit regi/
na a dextris tuis in veſtitu deaur. cir. ¶ Rurſus alba ci
gulo ſtrigitur. vt omnis voluptas carnalis aſtricta itelli/
gatur dicēte dn̄o. Sint lūbi veſtri precīcti. Manice quo/
qꝫ tam albe q̄ꝫ etiā tunicelle cōueniēter debēt eē ſtricte
nō nimis laxe vt labātur ⁊ brachia nudentur: habentes
in ſummitati bꝰ aurifriſia: ad deſignandū aureos torques:
qui brachia nuda beati Martini miſſam celebrātis mi/
raculoſe decēter operuerūt: put i ſexta pte ſub eiꝰ feſto
dicetur. Per albaꝫ etiā qua corpus a ſurſuꝫ vſqꝫ ad deor
ſum tegitur: ſpes que ex gratia prouenit celeſte deſurſū
⁊ ex meritis eccleſie deorſū figurat̄. De hac apl's ad Ro.
8. Spe ſalui facti ſumꝰ. Quia vero vſqꝫ ad talos deſcēdit
pſeuerantiā deſignat put tactum eſt ꝓpe finē in ꝓhemio
huius ptis. Porro ſm q capiti .ſ. xp̄o cōuenit alba que ē
lineū veſtimentū longiſſime diſtās a tunicis pelliceis q̄
ex mortuis aīalibus fūt quibꝰ Adā veſtitus eſt poſt pec/
catū: nouitatem vite ſignificat quā xp̄s ⁊ habuit ⁊ docuit
⁊ tribuit in baptiſmo de qua dicit apl's. Exuite veterē
hominē cū actibus ſuis: ⁊ induite nouū qui ſm deū crea/
tus eſt. Nam in trāſfiguratōe reſplenduit facies eiꝰ ſicut
ſol ⁊ veſtimenta eius facta ſūt alba ſicut nix: ſemꝑ enim
veſtimenta xp̄i mūda fuerūt ⁊ candida: qꝛ peccatū nō fe
cit: nec inuentus eſt dolus in ore eiꝰ. Hec etiā veſtis rep̄
ſentat albā veſtē in qua herodes illuſit xp̄o. Luc. 23.

¶ De çona ſeu cingulo. Rubrica.

DEbet autem alba circa lumbos ſacerdo/
tis ſeu pontificis çona ſeu cingulo quod
in lege ⁊ apud grecos baltheū dicebatur
p̄cingi ne deſfluēdo greſſum impediat vt
caſtitas ſacerdotis p albā ſignificata nul/
lis icentiuorū ſtimulis diſſoluat̄. Cīgulū
nāqꝫ cōtinētiā ſignificat. Unde ſint lūbi
veſtri precincti ⁊ lu. ar. in ma. ve. In lumbis quidē luxu/
ria dominatur ſicut dominus loquēs de diabolo manife
ſtat. virtus eius in lumbis eius ⁊ fortitudo eius ī vmbi
lico ventris illius de pe. di. ij. ſi enī inquit ad fi. Sane in
ſiniſtro latere pontificis ex cingulo duplex depēdet ſuc/
cinctoriuꝫ quia duo ſunt quibus caſtitas roboratur: ⁊ ſi/
ne quibus difficile cōſeruatur .ſ. oratio ⁊ ieiuniū. Unde
dominus ait. Hoc genus demoniorū non eijcitur niſi in
oratione ⁊ ieiunio. Debent ergo lumbi p cōtinentiā p̄cin
gi ⁊ per abſtinentiam ſuccingi. Unde apl's. State ſuccin
cti lumbos veſtros in veritate. Uerū ſuccinctoriū quod
alias perizona vel ſuccingulū vocatur inter indumenta
legalia fuiſſe non legitur: quia ⁊ ſi legales ſacerdotes ac/
cincti tempore ſacrificij abſtinere deberent: alio tamen
tempore licite vacabant amplexibus. hodie autem addi
tur cingulū: quia moderni miniſtri iugē habere debent
continentiā: ⁊ ideo non ſolum cingi ſed etiā ſuccingi de/
bent. ideo autem duplex eſt ſuccinctoriū vt duplex caſti
tas denotetur. vꝫ. mentis que per cingulū ⁊ corporis que
p ſuccingulū ſignificantur. a pte ſiniſtra depēdet: quia po/
tior eſt caſtitas mentis q̄ꝫ corporis: ⁊ dextra pars potior
eſt q̄ꝫ ſiniſtra. Unde grego. Lumbis precingimur cum
carnis luxuriā per carnis cōtinentiā coartamus. Cingu/
lum quoqꝫ cōuenienter temperantiā deſignat. de ſubci
gulo etiam dictū eſt in ꝓhemio huius partis. Et aduerte
q pectus ⁊ fauces leuiter cum amictu ſtringunt̄: qꝛ mo/
tus in noſtra poteſtate nō ſunt. Helias priꝰ clauſit celum
quādo petijt q nō plueret: q̄ꝫ animū qn̄ deſiderabat vidi
ctam de morte ꝓphetaꝝ. lingua etiā ī humido ſedet ⁊ in
madido ⁊ facile lubricat̄: vnde p̄nceps apoſtolorū ad vo
cem ancille magiſtrū ſuū negauit: ſed renes fortiter cin
gulo ſtringunt̄ vt caſtiget̄ corpus ⁊ in ſeruitutē redigat̄ ⁊
īpetus luxurie refrenet̄. Porro ſm q capiti .ſ. xp̄o cōue/
nit zona ſacerdotalis ſignificat illud qḋ Joh̄. apoſtolꝰ ait
Conuerſus vidi ſimileꝫ filio hoīs p̄cinctum ad mammil
las zona aurea. per zonā aureā pfecta chriſti charitas de
ſignatur quā dicit apoſtolus ſupeminentē ſcientie chari
tatem chriſti feruentē in corde radiantem in opere. cuiꝰ
ſuccintoriū illud ſignificat qḋ Iſaias. ii. ca. de xp̄o loquēs
predixit. Erit iuſticia cingulū lūboꝝ eius ⁊ fides cincto/
rium renū eiꝰ. Nā iuſtꝰ dn̄s iuſticiaꝫ dilexit: equitatē vi
dit vultus eiꝰ. Et fidelis dn̄s in ver. ſu. ⁊ .ſ. in. ope. ſuis. due
ſummitas ipſiꝰ due ſunt partes naturales iuſticie quam
chriſtus fecit ⁊ docuit .ſ. qḋ tibi non vis fieri alteri non fe
ceris: ſed quecūqꝫ vultis vt faciant vobis homines ⁊ vos
eadem facite illis. Cingulū ergo iuſticiam ſignificat cuiꝰ
duo ſunt brachia ſeſe conſtringentia .ſ. declinare a malo
⁊ operari bonum. Repreſentat etiam flagellum quo py/
latus cecidit ieſum Johā. 19.

¶ De ſtola. Rubrica.

POſt cingulū ſacerdos orarium ſiue ſto/
lam que leue domini iugum ſignificat.
23. di. eccleſiaſtica. ſiue que eſt iuguꝫ pre
cepto domini ſuper collum ſibi imponit.
vt iugum domini ſe ſuſcipiſſe demon/
ſtret. Quā cuꝫ oſculo ſibi imponit ⁊ de/
ponit ad notandū aſſenſum ⁊ deſideriū
quo ſe ſubijcit huic iugo. Illa aūt a collo p anteriora de/
ſcēdēs dextrū ⁊ ſiniſtrū latus adornat: qꝛ p arma iuſticie
a dextris ⁊ a ſiniſtris. i. in proſperis ⁊ ī aduerſis ſacerdos
debet eſſe munitus quatenus nec aduerſis frāgatur nec
ꝓſperis eleuetur. Un̄ ⁊ cū ſacerdos in ordinatōe ſtolam
accipit dicit illi ep̄s. Accipe iugū dei. iugū enī eiꝰ ſuaue ē
⁊ onus eius leue. ſuaue ī ꝓſperis: leue ī aduerſis. ¶ Sto
la quippe vſqꝫ ad genua que curuātur ꝓtenditur: vt nos
mites corde ⁊ humiles inſinuet. Significat enī patiētiaꝫ
de qua ſcriptū eſt. Patiētia vobis neceſſaria eſt vt repor
tetis ꝓmiſſiones. Et iterū in patientia veſtra poſſi. a. ve.
Hinc eſt ergo q ſtola cū çona ſeu cingulo a dextris ⁊ ſini
ſtris quibuſdā nexibus colligatur: qꝛ virtutes virtutibꝰ
ſociantur ⁊ muniuntur: ne aliquo moueantur tentationes
impulſu: ⁊ ad deſignandū q tā in ꝓſperis q̄ꝫ in aduerſis
dꝫ xp̄i iugum patienter ferri faciente glutino charitatis
A quibuſdam vero pontificibus additur p̄miſſis verbis
ſtola innocentie induat te dominus quod ſtolā reſpicit
primitiuam que fuit innocentie ſignificatiua. ¶ Rur/
ſus ſtola ab humero ſiniſtro ſacerdotis in dextrum dum
ordinatur reflectitur: quia cuꝫ obediētia incipiat ab acti
ua per dilectionem proximi: tranſit in contēplatiuam
vitam per dilectionem dei. Longitudo autem ſtole per
ſeuerentiam ſignificat. Duo brachia ſtole dependentia
ſignificant prudentiam ⁊ temperantiam. Unde apoſto/
lus ad timo. 3. Sobrie iuſte ⁊ pie viuamus ⁊c̄. Sed ⁊
ſm decretuꝫ bracharēſis conci. 23. diſt. eccleſiaſtica: de/
bet ſacerdos de vno eodemqꝫ orario cruceꝫ pariter et
vtrumqꝫ humerum premens ſignum crucis in ſuo pe/
ctore preparare vt qui imperturbatꝰ p̄cipitur iter ꝓſpera ⁊.

aduerſa conſiſtere:virtutū ſemꝑ ornamento vtroqꝫ circū
ſeptus appareat humero. Si qs aūt aliter egerit excōica
tioni debite ſubiacebit:niſi forte qs dixerit hoc decretuꝫ
per contrariā generalis eccleſie cōſuetudinē abrogatuꝫ.
Nam nō vbiqꝫ partes ſtole reducunť ante pectus ī modū
crucꝭ. Crucem aūt gerit ī pectore:dum xp̄i paſſioneꝫ cui⁹
miniſter eſt imitať ī mente. ¶ Orariuꝫ itaqꝫ iugū ſimul
⁊ onus eſt:iugū ſacerdotibus:on⁹ dyaconibus. Unde fit
vt ſacerdotib⁹ circa collū ⁊ dyaconib⁹ ſuper ſiniſtrū hūe
rum ponať. Sicut eni iugū collo portať:ſic ⁊ humerꝭ one
ra feruntur. Lege ī leuitico ⁊ videbis ſolos leuitas ferēdis
onerib⁹ deſtinatos. In dyacono etiā ſtola iugū ſignificat
ꝑut in pte. z. dcm̄ eſt vbi de dyacono agiť. ¶ Adhuc ſto
la ſiniſtro hūero dyaconi īponiť:qꝛ decet tēporalia ſpūa
libus deſeruire:vel qꝛ dextrā dyaconi oportet eſſe liberā
vt expediti⁹ ad miſteriū ſacerdotꝭ diſcurrat:de quo etiaꝫ
ibi dcm̄. ¶ Ad lūbos ſtola ſuccingiť vt ſit fortis ⁊ expedi
tior cōtra pugnas libidinū. quādoqꝫ tn̄ ſolū ſuper ſiniſtꝝ
brachiū pars anterior ſtole complicať qđ tractū ē a lega
libus ſacerdotib⁹ qui duꝫ ſacrificabāt ſūmitates balthei
ſup humeꝝ reflectebāt. In epiſcopo vero vel ſacerdote
ab vtraqꝫ pte equalꝛ depēdet anteri⁹. qꝛ xp̄s cui⁹ typum
gerunt ꝗ equanimiter ſe habuit ī pſperꝭ ⁊ ī aduerſis que
per leuā ⁊ dextraꝫ ſignificanť habitatores terre ad cele
ſtia ducere deſiderabat:qđ ſemꝑ ante oculos mentꝭ ſue
gerebat. Dictum eſt aūt orariū qꝛ q̃uis ſine alijs īdumētꝭ
ſacerdotalib⁹ baptiçare. cōſignare ⁊ alia plura orando fa
cere liceat:ſine orario tamē niſi magna neceſſitate cogen
te nihil hoꝝ facere liceat. ¶ In cōcilio tribur. in bucar
do li. 6. c. preſbyteri:legiť vt preſbyteri nō vadant niſi ſto
la orario ve īduti. ¶ Notandū autē eſt ꝙ antiquit⁹ ſtola
erat veſtis candida ptingens vſqꝫ ad veſtigia:qua patriar
che vtebanť ante legē quā primogeniti cū benedictionē
patris acciperēt īduebāt ⁊ dn̄o victimas vt pontifices of
ferebāt. Sed poſtq̃ꝫ alba cepit portari mutata eſt in tor
quē. per p̄mā ſtolā īnocētia ītelligiť que fuit ī p̄mo hoīe.
Sed cū eam ꝑdidit ꝓpter peccatū oportuit eā recupera
re per vitulū ſaginatū. qꝛ igiť ſuperē vt ꝗ ꝑ īobediētiā ce
cidimus ꝑ obediētiā reſurgam⁹:recte ꝑ veſte īnocētie re
cuperāda ſubim⁹ torquē obediētie. Nā ꝑ ſtolā qua nunc
vtimur obediētiā accipim⁹ euāgelij crucifixi. Porro ſꝫ
ꝙ capiti. ſ. xp̄o ꝯuenit ſtola que ſup amictū collo ſacerdo
tis īcūbit:obediētiā ⁊ ſeruitutē ſignificat quā dn̄s oīum
ꝓpter ſuoꝝ ſalutem ſubijt. Nam cuꝫ ī forma dei eſſet nō
rapinā arbitrat⁹ eſt eē ſe. e. d. Exinaniuit eni ſemetipſum
formam ſerui accipiēs factus obediens vſqꝫ ad mortem:
mortem aūt crucꝭ. Cauſaꝫ quippe mortalitatꝭ nec traxit
ex origine nec cōmiſit in ope. ¶ Stola etiaꝫ ſignificat liga
turam qua ieſus ligat⁹ fuit ad columnā. Statutū eſt ī ca
nonib⁹. z4. di. nō oportet. ⁊ duob⁹ ca. ſe. ne ſubdyaconi le
ctores ⁊ pſalmiſte orarijs ſiue ſtolis vtanť.

¶ De manipulo. Rubrica.

QUia vero mentibus bene cōpoſitis ⁊ diui
no cultui mancipatiſ ſepe ſubrepit accidia
que quodā torpore reddit animū dormiē
teꝫ. p̄s. Dormitauit anima mea pre tedio:
idō in ſiniſtra manu miniſtri ad altaris mi
niſteriū accedens quedam apponiť mani
pula que fanu vel manipulus vel ſudariū appellať:quate
nus ſudorē mentis abſtergat ⁊ ſoporē cordis excutiat:vt
bonis opib⁹ inuigilet depulſo tedio vel torpore. Per ma
nipulū eni bona opa vel vigilantia deſignanť: d̄ quã dn̄s
ait: Uigilate qꝛ neſcitis qua hora filius hoīs ventur⁹ ſit.
Unde ſponſa dicit in canticis. Ego dormio ⁊ cor meū vi
gilat. Per ſudariū etiā penitētia dſignať qua labes quot
ridiani exceſſus ⁊ tediū mundane cōuerſationis extergiť
de quo dr̄. Dormitauit aīa mea pre tedio:tedet enim ani
mam peccatorum conſcientie ⁊ infirmitatis torpore. Si
gnificat etiam futurorum bonorum retributionem. Un
de in quibuſdam locis quotiens in feſtis:albis vtunť ma
nipulos portant:ex eo ꝙ in illa vita vnuſquiſqꝫ propriam
mercedem accipiet. Et venientes veniēt cuꝫ ex. por. ma.
ſuos. Item quia manipulus penitentiam deſignat: inde
eſt ꝙ ſudariuꝫ ſubdyaconi magis fanone ſacerdotali for
matur:quia vbi maior exceſſus maior exigitur ꝑ penitētie
fructus. De ſudario etiam īfra dicetur. ¶ Sane miniſtri
manipulū ī brachio ſiniſtro ferunt ad notandū ꝙ ſtricti
debēt eē ad terrena:ſed ad celeſtia expediti. Antiqꝫ autē
non erant aſtricti ad hoc quia deo etiam pro temporali
bus ſeruiebant:⁊ ad ſignificandum nos in hac vita que ꝑ
ſiniſtrum ſignificatur pati tedium ſuperflui humoris. i.
delectationis ⁊ alia ſuperflua mentis. Ad hoc manipulus
in ſiniſtra fidem in hac vita deſignat. Manipuli vſus ſū
ptus ē non ab Aarō. ſꝫ ab antiqs patrib⁹: qꝛ ſicut legiť in
martilogio bede: Arſeni⁹ ſudarium ſemꝑ ferebat im ſinu
vel manu ad tegēdum effluentiā lachrymarū. Habebāt
quoqꝫ ſancti patres dum ſacra tractabāt ⁊ ſacramēta cō
ficiebant mapellas. i. paruas mappas ⁊ mantelia in mani
bus nunc ꝑ tegendis manib⁹ nunc ꝑ operiendis ⁊ nunc ꝑ
reuerēter tractandis ſacramentis. Porro ſꝫ ꝙ capiti. ſ.
chriſto conuenit ꝙ ſacerdos manipulū portat in leua:de
ſignat ꝙ xp̄s brauium obtinebat in via. Per manipuluꝫ
enim premium deſignať. Iuxta qđ legiť. Uenientes autē
veniēt cū exul. por. ma. ſu. Per leuā vita preſens accipiť.
Iuxta illđ. Leua ei⁹ ſub capite meo ⁊ dextra ipſi⁹ am. me.
Xp̄s autē ſimul fruebatur ⁊ merebať. fruebať in patria:
⁊ merebať in via. Nam ſimul ⁊ brauiū cōprehendebat ⁊
ſtadiū percurrebat qꝛ ſil' erat in patria ⁊ ī via: nemo ingꝫ
aſcēdit ī celū niſi ꝗ deſcendit de celo filius hominis qui
eſt ī celo. Manipulus etiam repreſentat funē quo ieſus
cōprehenſus a iudeis ligat⁹ fuit. Unde Jo. 18. Cōprehen
derūt ⁊ ligauerūt eū. Manipulus tamē poſt inductā pla
netam ꝯſueuit romano pontifici īmitti quod etiā a pluri
bus obſeruať:de quo in quarta parte ſub ri. de confeſſiōe
diceť. ¶ Notandū aūt ꝙ dyaconus ⁊ ſubdyacon⁹ pōtifi
ci īduenti ⁊ exuēti ſe ſacris veſtib⁹ ſine manipulis ſeruiūt
Primo vt expediti⁹ ⁊ liberi⁹ adminiſtrēt. Secūdo ad no
tandū ꝙ in tali obſequio non debet fructū querere tem
poralem qui quādoqꝫ per manipulū ſignificatur. Iuxta
illud p̄s. Uenientes autē ⁊c. Rurſus dum pontifex ſe in
duit vel exuit dyaconus ſtat a dextris ⁊ ſubdyaconus a ſi
niſtris:qꝛ dyacon⁹ ex ordine ſuo ad fortiora ⁊ ꝑfectiora q̄
ꝑ dextrā ſignificanť aſſumiť q̃ꝫ ſubdyacon⁹.

¶ De caſula ſeu planeta. Rubrica

POſtremo ſuper oēs veſtes induiť caſula
que q̄ſi parua caſa diciť ⁊ a grecꝭ planeta
vocatur:a planō qđ ē error: quoniā erra
bundus eius limb⁹ ſuper brachia eleuať
ſignificans charitatem ſine qua ſacer
dos eſt ſicut es ſonans aut cymbaluꝫ tin
niens. ſicut eniꝫ charitas operit multitu
dinē peccatorū ⁊ omnia legis ⁊ ꝓphetaruꝫ mandata cō
tinet dicēte apl'o. Plenitudo legis ē charitas. ſic ⁊ hec ve
ſtis cūcta planat ⁊ alia omnia īdumenta intra ſe claudit
⁊ cōtinet. De charitate dicit apoſtolus:adhuc excellenti
orem viam vobis oſtendo. ſi linguis hominum loquar ⁊
angeloruꝫ: charitatem autē non habeam nihil ſum:⁊ ite
rum:ſi fidem habeā vt montes transferaꝫ: charitatē aūt
non habeā nihil ſum. de conſe. di. 4. ſolent. hec ſiquideꝫ
eſt veſtis nuptialis de qua dn̄s īquit in euangelio. Amice

quomodo huc itraſti non habẽs veſtem nuptialem: ſine
hac aũt nunq̃ʒ ſacerdos debet ſuũ officium exercere qa
ſemꝑ cũ decet in vĩculo charitatis permanere: ꝑ hoc aũt
ꝙ amict⁹ ſuperos plan ete reuoluit̃ inuit̃ ꝙ bonũ op⁹ dʒ
ad charitatẽ referri. Nã finis p̃cepti ẽ charitas de corde
puro ꝛ ɔſcia bona ꝛ fide nõ ficta. ꝙ vero caſula in extẽſi/
one manuũ in anteriorẽ ꝛ poſteriorẽ partẽ diuidit̃: ſigni/
ficat duo brachia charitatis ad deũ. ſ. ꝛ ad ꝓximuʒ. Dili/
ges ingt deũ tuũ ꝛc̃. Jn his duob⁹ mandatis tota lex pen
det ꝛ ꝓphete. Ruꝛſus latitudo plan ete latitudinẽ ſigni/
ficat charitatꝪ que ẽt vſqʒ ad inimicos extẽdit̃. vñ: Latuʒ
mãdatũ tuũ nimis. Due quoqʒ plicature: ſiniſtre. vʒ. ꝛ de
xtre: ſũt duo p̃cepta charitatꝪ. ſ. amoꝛ dei ꝛ ꝓximi. Dupli/
cat̃ ẽt an te pect⁹ ꝑ qđ coꝛ. ꝛ iter humeros ꝑ quos opa exp
munĩt. ꝛ in eis veſtimẽtũ duplex ĩ ip̃m efficit̃. qꝛ ſic debe
m⁹ bona opa foꝛis oñdere ꝓximis vt eadẽ intus ĩ coꝛde
coꝛã dño ĩtegra ſeruem⁹. Charitatẽ. n. debem⁹ hr̃e in coꝛ/
de ꝛ ope ꝛ itus ꝛ foꝛꝪ. Ruꝛſus añ pect⁹ duplicat̃. qm̃ per
charitatẽ bona volũtas ꝛ ſcã cogitatio gñat̃. Duplicat̃ ẽt
ĩter humeros. qꝛ ꝑ illã aduerſa a ꝓximis ꝛ ab aduerſarỹs
ſuppoꝛtant̃. Ad brachia ãt eleuat̃ dũ bona opa charitatis
opamur. Ad dextꝝ dũ opamur bonũ ad domeſticos fidi
Ad ſiniſtꝝ dũ extẽdit̃ ẽt ad inimicos. Adhuc triplicat̃ in
brachỹs. in dextro gdẽ dũ fidelib⁹ monachis clericꝪ ꝛ la
icis ſubuenimus. in ſiniſtro dũ ĩfidelib⁹. ſ. malis xp̃ianis:
iudeis ꝛ paganis neceſſaria miniſtram⁹. ꝑ caſulã qʒ recte
opa iuſtitie d̃ſignant̃. Juxta illđ. Sacerdotes tui ind. iu/
ſti. Sane ſacerdos ſuũ agens officiũ nõ dʒ caſulã exuere.
qꝛ p̃cipiẽte dño leui. zi. c. nõ licet ei egredi de ſcĩs. ſ. rebus
vel p̃ceptis. Poꝛro ſm̃ ꝙ capiti. ſ. xp̃o ɔuenit caſula ma
gni ſacerdotꝪ eſt eccleſia vl̃is de q̃ dic̃ apl̃s. quotq̊t ĩ xp̃o
baptiçati eſtis xp̃ʒ ĩduiſtis. Hͤ ẽ illud Aaron veſtimẽtũ c⁹
in oꝛã deſcendit vnguẽtũ. ſed a capite deſcendit in barbã
ꝛ a barba deſcendit ĩ oꝛã. qm̃ de plenitudĩe ſp̃us ei⁹ nos
oẽs accepim⁹. p̊ apoſtoli. deinde ceteri. ꝙ aũt caſula vni/
ca ꝛ integra ꝛ vndiqʒ clauſa eſt: ſignificat fidei vnitatẽ et
ĩtegritatẽ. verũtamen in extenſiõe manuũ ĩ anteriorẽ et
poſteriorẽ ꝑtẽ quodãmodo diuidit̃ deſignãs antiquã ec
cleſiã q̃ paſſionẽ xp̃i p̃ceſſit. ꝛ nouã que xp̃i paſſionẽ ſub/
ſeq̃tur. nã ꝛ q preibãt ꝛ q ſequebant̃ clamabant dicẽtes:
oſanna filio dauid bene. q ve. in no. do. Hec ẽt veſtis re/
p̄ñtãt purpureũ veſtimẽtũ quo milites circũdederũt Je
ſum. Joannis decimonono capitulo.

¶ De caligis ꝛ ſandalỹs. Rubꝛica

SUperius de ſex oꝛnamẽtis tã ſacerdotib⁹
q̃ʒ epis cõibus dcm̃ eſt. nũc aũt de nouem
põtificũ ſp̃ualibus dicẽdũ reſtat ꝛ pꝛi⁹ de
caligis ꝛ ſandalỹs videam⁹. Ueſtimẽtuʒ
ãt pedũ nõ habuit originẽʒ ab aarõ. q dũ/
taxat ĩ iudea ɔuerſabat̃: idcꝫ neceſſe non
habuit. ſed ab apoſtolis qbus dictum eſt.
Euntes docete oẽs gẽtes. niſi foꝛte qs dixerit ꝙ calige et
ſandalia in locũ feminaliũ ſuccedũt. ¶ Celebraturi igit̃
põtifices pedes interea dũ dicunt̃ qnqʒ pſalmi in p̃ꝑatio
ne euãgelỹ pacꝪ caligis ꝛ ſãdalỹs calciant̃ quoꝝ pulchꝛi
tudinẽ ammirabat̃ ꝓp̄ha dicẽs. Q̃ ſpecioſi pedes euãge
liçãtiũ pacẽ: euangeliçãtiũ bona. Uñ apl̃s ad ephe. Calci
ati pedes calciamentis ṽtutum. ꝛ in euãgelio legit̃ dñm
miſiſſe diſcipulos ſuos ſandalỹs calciatos: calciatos vti/
qʒ in pꝛeparatione euangelỹ pacis. ſi enĩ calciati nõ eẽnt
q̃uo ſuper ſerpentes ꝛ ſcoꝛpiones calcare potuiſſẽt. Cogi/
tent igitur epiſcopi cur ita calciati ſũt: imitent̃ coꝝ exẽ
pla quoꝝ imitant̃ calciamenta. Siqdem per pedes ɔue
niẽter affectus intelligunt̃. Debent nanqʒ habere affcũs
ꝛ deſideria calciata: ne puluere terrenoꝝ ſeu tempoꝛali/
um maculent̃. Per hꝫ quoqʒ calciamẽtũ ꝓhibitio pedũ
ɔgrue itelligit̃ ne. vʒ. ad illicita feſtinẽt: qꝛ vero affectus
facili⁹ ĩficiunt̃ ꝛ maculant̃ tꝑe pſperitatꝪ quod ꝑ dextrũ:
q̃ʒ tꝑe aduerſitatis qđ per ſiniſtrũ itelligitur: ideo vt ma
ioꝛi periculo citi⁹ occurrẽdũ oſtendat̃ a dextro pede pon/
tifex icipit calciari: p̄us tamẽ q̃ʒ ſandalia pedib⁹ ĩponant̃
caligis ĩduunt̃ vſqʒ ad genua ꝓtenſis ibiqʒ conſtrictis: qꝛ
p̃dicatoꝛ pedib⁹ ſuis rectos d̃bet facere greſſus ſuos ꝛ ge
nua debilia roboꝛare: nã q fecerit ꝛ docuerit hic magnus
vocabit̃ in regno celoꝝ. Calige quoqʒ iacictini. i. aerei ſeu
celeſtis coloꝛis: denotãt ꝙ celeſtes dʒ habere pedes. i. af/
fectus ꝛ firmos ne claudicet: ſed dicat cõfoꝛtamini puſi/
lanimes. Et cõſequenter ſandalia pedib⁹ ĩponunt̃ que ſic
vocant̃ ab herba vel ſandarico coloꝛe quo depingunt̃.
Habẽt aũt deſubt⁹ ĩtegrã ſoleã: deſuꝑ ṽo coꝛeũ feneſtra
tum: qꝛ greſſus p̃dicatoꝛis ꝛ ſubt⁹ debẽt eẽ muniti ne pol
luant̃ terrenis. Juxta illud dñicũ: Excutite puluereʒ de
pedib⁹ vr̃is: ꝛ ſurſum apti q̃ten⁹ ad cognoſcẽda myſteria
ſeu celeſtia reuelent̃. Juxta illud ꝓpheticũ. Reuela ocu/
los meos ꝛ con. mi. de le. tua. Jn hoc quoqʒ ꝙ deſuꝑ apta
ſunt: ꝙ coꝛda ſemꝑ ad deũ erecta habere ꝛ oculos mẽtis
ad ea que ſurſũ ſunt aperire debem⁹ ſignificat̃. Qꝛ etiam
ſubt⁹ ſolida ſũt ſignificat ꝙ mentẽ ĩ terrenis obtuſaʒ hr̃e
debem⁹: nec debem⁹ querere bñdictionẽ Eſau que ĩ ter/
ris eſt: ſed Jacob que eſt ĩ celꝪ. ¶ Ruꝛſus ꝙ ſandalia qui
buſdã locꝪ aperta ꝛ in qbuſdã ĩtegra ſeu clauſa ſunt: deſi/
gnat ꝙ euangelica p̃dicatio nec oĩb⁹ reuelari nec oĩb⁹ ab
ſcõdi dʒ. Juxta illud. Uobis datũ eſt noſce myſteriuʒ re/
gni dei. ceteris autẽ ĩ parabolis: Nolite ſanctũ dare cani
bus: neqʒ margaritas ſpargere ante poꝛcos. ii. q. 3. nolite.
¶ Sandalia quoqʒ iteri⁹ quadoqʒ ex coꝛio albo fiũt: qꝛ
neceſſe ẽ itentionẽ candidã ꝛ conſciẽtiã purã coꝛam deo
habere. ꝛ exteri⁹ nigrũ apparet: quia p̃dicatoꝝ vita ꝓpter
tribulatõẽs hui⁹ mũdi nigra ꝛ deſpecta ſecularib⁹ videt̃.
Qñqʒ etiã rubeũ ad votũ martirỹ deſignandũ: ꝛ qñqʒ di
uerſis coloꝛib⁹ variatũ in quo virtutũ varietas qb⁹ oꝛna/
tus eẽ d̃bet ſignificat̃. Lingula ṽo a coꝛeo ſeꝑata ſuꝑ pe/
dem cõſurgens. linguas eoꝝ q p̃dicatoꝛi bonum ꝑhibent
teſtimoniũ ſignificat: qui tamẽ quodãmodo a ſp̃ualium
cõuerſatione ſeꝑati ſũt. Secũdo lingula ipſa ſp̃ualiũ lin/
gua eſt que p̃dicatoꝛẽ in op⁹ p̃dicationis itroduxit. Ter/
tio etiã ipſi⁹ p̃dicatoꝛis linguã d̃ſignat. linea ṽo ab ipſa li/
gula vſqʒ ad finẽ ſandalỹ ꝑ mediũ ei⁹ ꝓcedẽs euangelicã
perfectionẽ deſignat. linee ṽo ab vtroqʒ latere ꝓcedẽtes
que in fine ſandalỹ ad ipſam lineaʒ mediam referuntur
ibiqʒ terminantur legem figurant propheticã que in euã
gelio recapitulatur ꝛ in eo determinatur. Superioꝛ quo
qʒ pars ſandalioꝝ per quam pes introducitur varỹs con
ſuitur funiculis: ne duo eius coꝛnua defluant ſeu ab inui
cem ſeparent̃ ſeu abinuicem diſiungant̃: ad notanduʒ ꝙ
p̃dicatoꝛ ſeipſũ varỹs alligare debet virtutib⁹ aut ſcriptu
re ſententỹs: ne ipſi⁹ itrinſeca ab his que exteri⁹ lucent co
ram altiſſimo diſiũgant̃. Jpſa quoqʒ ſandalioꝝ ligatura
ſignificat ꝙ pꝛelat⁹ q huc illucqʒ diſcurrere habʒ greſſus
mentis firmare debet cũ in turbis verſat̃. Quia ṽo coꝛri
gie huc atqʒ illuc manib⁹ ducunt̃ vt ſandalia firment̃ ꝛ
ligent̃: ſignificat ꝙ p̃dicatoꝛ ſic firmo greſſu icedere de/
bet vt nulli oneroſus exiſtat: ꝛ ne ĩuia miniſtrando defici
at. Nam fruſtra velociter currit qui pꝛiuſq̃ʒ ad metam
perueniat deficit: de pe. diſ. 3. in caſſum. Myſtice enim
ſandalia curſum pꝛedicatoꝛis ſignificant. Quandoqʒ ta
men ſandalia non ligantur quia chꝛiſti ĩcarnatio aliquã
do humanis ſenſibus aperta eſt: vt eſt pannis inuolui ꝛ
in p̃ſepio poni. Aliqñ ṽo coꝛrigie ſãdalỹs ſuperogant̃: qꝛ
ſcriptũ ẽ: Q̃dcũqʒ ſuperogauerꝪ ego cũ rediero reddã tibi

Poteſt etiam dici q̄ calige ſignificãt illã lotionẽ de qua dñs ait. Qui lot⁹ eſt nõ indiget niſi vt pedes lauet. ſed q̄a nõ ſufficit mũdicia cordis abſq3 patiẽtia perſecutiõis. iõ ſequũtur cẽtones rubei qui martyriũ figurãt. Qui aũt in corde mũdiciã ⁊ ĩ voluntate ſi opus fuerit habuerit patiẽtiã ſecurus accedet ad p̄dicationẽ quã ſandalia deſignãt apoſtolica. Porro ſ̄m q̄ capiti .ſ. xp̄o ↄueniũt ſandalia aliud deſignãt. Põtifex .n. in altaris officio capitis ſui .ſ. xp̄i cuius eſt mẽbꝝ repñtans perſonã: dũ pedib⁹ aſſumit ſãdalia: illud ĩcarnationis dñice calciamentũ ĩſinuat: de q̄ dñs ait in p̄s. In idumeã extendã calciamẽtũ meũ .i. ĩ gẽtibus notã faciã incarnationẽ meã. Uenit .n. ad nos calciata diuinitas vt p̄ nobis dei filius ſacerdotio fũgeretur. Per ligulas aũt q̄bus pedibus ipſa ſandalia ↄſtriguntur: illud idem accipim⁹ quod p̄ calciamẽti corrigiã Io. bap. ſignificauit cum ait. Cuius nõ ſum dign⁹ corrigiã calciamenti ſoluere: vnionẽ. vz. ineffabilẽ ⁊ copulaz carnalem ĩſolubilẽ q̄b⁹ ſ̄bi diuinitas noſtre ſe carni ↄiũxit. ¶ Sane mediãtib⁹ caligis pedes ſãdalijs ↄiũgũtur q̄m anima mediãte carne diuinitati eſt vnita: ſicut .n. pes corpus ſuſtẽtat. ita diuinitas mũdũ gubernat. Uñ p̄s. Adorate ſcabellũ pedũ ei⁹ q̄m ſanctũ ẽ. Uerũ ſ̄z decretũ Greg. 93. di. §. ↄpagis. ⁊ duob⁹ ca. ſe. Dyaconi nõ debẽt vti ↄpagis .i. ſãdalijs neq3 manipulis .i. calciamẽtis c̄palibus abſq3 ĩdulgẽtia ſedis ap̄lice ſpãli. Olim .n. vtebãtur q̄a eorum erat diſcurrere p̄ comitatũ. Hodie ḡ nec ipſi nec ſacerdotes vtunt̄ ſed ep̄i ſolũ vt p̄ varietatẽ ſandalioꝝ notetur varietas officioꝝ. Preterea ep̄i habent p̄ plebes diſcurrere. ſacerdotes v̄o dñi hoſtias imolare. Clerici aũt romane eccleſie ex ↄceſſiõe Cõſtantini imperatoris vti poſſẽt calciamentis cum vtonibus ideſt candido linteamine. 96. diſtictione. Conſtantinus.

¶ De ſuccintorio ⁊ orali. Rubrica

De ſuccintorio nil aliud dicim⁹ q̄̃ q̄ ſub ꝯona ⁊ cingulo in p̄hemio hui⁹ p̄tis dcm̄ eſt. Sane romanus põtifex poſt albã ⁊ cigulum aſſumit orale quãdã. vz. ſindonẽ q̄ð capiti quaſi ĩ modũ veli imponit. ⁊ replicat ſup̄ humeros ⁊ añ pectus legalis pontifici ordinẽ ſequẽs qui poſt lineã ſtrictã ⁊ ꝯonã ĩduebat ephot .i. ſup̄humerale cui⁹ locũ nũ tenet amict⁹. ¶ Aſſumit ẽt crucẽ quãdã cathenulis iſertã quã a collo ſuſpẽſã ſibi ſtatuit añ pectus. q̄m ⁊ legalis põtifex laminã aureã gerebat in frõte p̄ qua põtifex iſte crucem gerit in pectore. ⁊ ſic ſigno cruci aurea lamina ceſſit. nam myſteriũ quod ĩ q̄tuor lr̄is aurilamina ↄtinebat ĩ q̄tuor partibus forma crucis explicuit. Iuxta q̄ð inq̄t ap̄ls. Ut ↄp̄hẽdatis cum oĩbus ſanctis q̄ ſit latitudo ⁊ lõgitudo: q̄ ſublimitas ⁊ profũdũ: ſacrm̄ ḡ q̄ð ille tũc p̄ laminã p̄ferebat ĩ fronte: hoc iſte iã recõdit in mẽte. Nã corde credit̄ ad iuſtitiã ore aũt cõfeſſio fit ad ſalutẽ. ⁊ ſ̄m Hiero. auro legis: ſanguis euãgelij precioſior eſt. Crucẽ quoq3 ſtatuit ſibi añ pect⁹ ad deſignãdũ quod ait ap̄ls. Glorificate et portate deũ in corp̄e veſtro. Imponẽdo aũt ſibi ⁊ deponẽdo crucẽ illã oſculat̄ ad denotãdũ q̄ xp̄i paſſionẽ q̄ p̄pter illã ſignificat̄ credit ⁊ cõfitet̄. ad quam repreſentandam in officio miſſe ſe parat.

¶ De tunica. Rubrica.

Poſt appoſitã ſtolã põtifex iduit tunicã q̄ alibi ſubtile .i. lege v̄o poderis .i. talarl dicebat̄ ſignificãtẽ p̄ſeuerãtiã. Uñ Ioſeph iter fratres ſuos talarẽ veſtẽ deſcribit̄ habuiſſe. Cũ .n. cetere v̄tutes ĩ ſtadio currãt p̄ſeuerãtia tñ brauiũ accipit. q̄m q̄ p̄ſeuerauerit vſq3 ĩ fi. h̄ ſal. erit. de pe. di. 2. ap̄ls. ⁊ c. multi. Uñ p̄cipit̄ eſtõ fidel' vſq3 ad mortẽ ⁊ dabo tibi coronã vite. ¶ Rurſus iõ poſt albã tunica iduit̄: q̄r ſic̄ p̄ albã caſtigatio corp̄is: ita per tunicã v̄tutes ĩtime ĩtelligunt̄: q̄s ſemp̄ debet habere p̄fect⁹. Porro tunica nõ cigit̄. q̄m ſ̄z ſui formã iter nõ impedit̄: ſic ⁊ v̄tutes per illã d̄ſignate liberũ iter ad ↄtemplationẽ dei p̄bẽt. ſed alba cingit̄ p̄ut ſub cingulo dcm̄ eſt. ¶ In vete. teſta. erãt due tunice. vz. biſſina ⁊ iacinthina. exo. 39. c. ⁊ hodie etiã q̄dã põtifices duab⁹ vtunt̄ ad notãdũ q̄ p̄priũ eſt coꝝ habere ſciẽtiã duoꝝ teſtamẽtoꝝ: vt ſciãt de theſauro dñi p̄ferre noua ⁊ vetera. ſiue vt ſe oſtẽdant dyaconos ⁊ ſacerdotes. Preterea vnaqueq3 eaꝝ typũ p̄pium gerit. q̄m alba que biſſina ſiue linea eſt caſtitatẽ ſignificat vt ſub ti. de alba dcm̄ eſt. Prima etiã tunica ſi ſerica eſt que originem traducit ex vermibus q̄ ſine coitu creant̄ caſtitatem ⁊ humilitatem demonſtrat. Secũda tunica que iacinthina eſſe debet ſicut ⁊ olim erat coloris lapidis iacinthi q̄ etheris ſerenitatẽ imitat̄: ſanctos ſignificat celeſtia cogitantes ⁊ imitantes ſiue celeſtẽ cogitationẽ ⁊ ↄuerſationẽ. ſicut .n. lapis ille colorẽ cum aere mutat: nam in ſereno aere ſerenus. ⁊ in obſcuro pallidus eſt: ſic ſpãliter decet epiſcopuz gaudere cum gaudẽtib⁹ ⁊ flere cum flentibus. Si autez illa alteri⁹ coloris fuerit fit ⁊ alteri⁹ ſignificationis. Ceterꝝ pontifex vnã tunicam ſub alia iduit: ad denotanduz q̄ ſic̄ coop̄ta tunica a populo nõ videt̄: ſed tñ a clericis ſcit̄: ita ⁊ rõ ſublimium ⁊ v̄tutes quas perfect⁹ ſemp̄ h̄re debet que per illam ſignificant̄ patere non debent oĩb⁹: ſed maioribus ⁊ perfectis. ¶ Porro ſ̄z q̄ capiti .i. xp̄o cõuenit hec veſtis que in veteri ſacerdotio iacĩthini erat coloris ⁊ habebat pro fimbrijs mala punica cũ tintinabul' aureis ab ĩferiori parte dependẽtia vt pontifex totus vocalis ĩcederet: p̄ut dicetur ſub titulo de legalib⁹ ĩdumẽtis. celeſtem xp̄i doctrinam inſinuat: cui⁹ notitiã habuerunt oẽs q̄bus dicitur per prophetã. In montẽ excelſum aſcende tu qui euangelizas ſyon. Precipue tamẽ hãc tunicam habuit euãgelice textrix doctrine ſapientia dei ieſus xp̄s. ⁊ dedit illam apoſtolis ſuis. Omnia inq̄t que audiui a patre meo nota feci vobis. Hoc ḡ ſignificauit illa tunica dñi quam milites ſcindere noluerũt eo q̄ eſſet inconſutilis deſuper cõtexta per totum. 16. q. 7. ſicut dñi .d. dñum fore magnũ exiſtimantes: in quo ſignificatum ẽ q̄̃ damnoſũ ſit q̄ doctrinaz euangelicã hereſibus ſcindere moliant̄. Subdyaconus quoq3 vtitur tunica de qua ĩ ſequenti tractatu dicetur.

¶ De dalmatica. Rubrica

Pontifex immediate ſuper tunicam dalmaticã veſtit ſ̄m inſtitutionẽ Silueſtri pape que ab inconſutili dñi tunica ⁊ apoſtolorum colobio creditur mutuata. Eſt aũt colobium veſtl ſine manicis prout in cucula monachale apparet. ſ̄z Silueſter papa in dalmaticam vertit. latas manicas addendo ⁊ in ſacrificijs altaris portandum inſtituit. nonageſima tertia diſtinctione. dyaconi ita. ¶ Dicta eſt autẽ dalmatica eo q̄ in dalmatia ⁊ poſt omnia alia indumenta ſacerdotalia ſit rep̄ta. Hec ſui forma ſignificat largitatẽ eo q̄ largas habet manicas ⁊ protenſas. Unde ſ̄m apoſtolum oportet epiſcopũ non eſſe turpis lucri cupidũ: ſed hoſpitalẽ. 47. diſtin. 88. diſtincti. conſequens. Nõ ergo manum habeat ad dandum collectam ⁊ ad recipiendũ porrectam: ſed illud efficiat quod propheta ſuadet. Frange eſurienti panem tuum. ⁊ ege. vag. intro. in domum tuam ⁊c̄. Et ob hoc forte dyaconi ſpecialiter vtuntur dalmaticis. quia principaliter electi ſunt ab apoſtolis vt menſis ex officio miniſtrent. ¶ Ceterum dalmatica dyaconi ampliores habet manicas q̄̃ tunicella ſubdya-

coni que alicubi ſubtile vocatur q꞉ iṗe ampliorem habe
re debet charitatē q̃ꝫ ſubdyaconus ꝓpter maiꝰ donū. pō
tifici etiam dalmatico latiores habet manicas q̃ꝫ dyaco
ni ad notādū ꝙ iṗe magis eſt expeditus nihil habens qđ
ipſiꝰ manꝰ reſtringat. q꞉ ꝓ celeſtibꝰ oīa debet largiri. Cha
ritas. n. eius extendi debet ēt vſqꝫ ad inimicos. Nēpe tu
nicella ſubdyaconi: dalmatica dyaconi: ⁊ caſula preſbyte
ri ſuccedūt in locū tunice iacinthine q̄ erat coloris cele
ſtis. i. aerei ad notandū ꝙ omnes miniſtri altaꝛ celeſtē
debēt habere ꝯuerſationē: lꝫ ſm maius ⁊ minꝰ quod no
tat latitudo vel ſtrictura manicaꝝ dalmatice ⁊ tunicel
le vt ṗmiſſum eſt. Quia igr̄ ſacerdos maxime dꝫ eē ad
celeſtia expeditus: ideo hec ornamēta nō gerit: nec aliud
brachia ſtrīgens. Eṗs aūt ſimul vtir̄ ⁊ dalmatica ⁊ tuni
cella ⁊ oīum ornamētis: vt oſtendat ſe perfecte oēs hr̄e
ordines tanq̃ꝫ ꝗ eos alijs confert. Minores ſacerdotes.
eos nō ꝯferūt: ⁊ ideo illa nō portant: ꝗbus ſufficit vnū qđ
celeſtē ſignificet ꝯuerſationē. Preterea pontifex in orna
mētis atqꝫ in officio magis expreſſe gerit ſiītudinem ſal
uatoris q̃ꝫ ſimplex ſacerdos: ⁊ magis ſibi ꝯueniūt ornamē
torum ſignificata: ideoqꝫ pluribꝰ vtitur ornamētis. Dꝫ
aūt dalmatica habere duas lineas coccineas hīc inde añ
⁊ retro a ſummo vſqꝫ ad deorſum vt pontifex oñdat̄ hr̄e
feruorē charitatis ad deū ⁊ proximū in ꝓſperis ⁊ aduer
ſis. Juxta veteris ⁊ noui teſtamenti ṗceptū quod eſt. Di
liges dūm de. tu. ex to. cor. tu. ⁊ ꝓximū tuū ſicut teipm.
Unde Joan. Cariſſimi nō mandatū nouū ſcribo vobis.
ſed mādatū vetus quod ab initio habuiſtis. Et iteꝝ mā
datum nouū ſcribo vobis ⁊c̄. Quandoqꝫ linee purpuree
ſūt ſignificantes fidē ſanguīs xp̄i in vtroqꝫ populo neceſ
ſariā. Jn ſiniſtro quoqꝫ latere dalmatica fimbrias ſolet
habere: ſollicitudines actiue vite ſignificantes quas eṗs
ꝓ ſubditis ſuis debꝫ habere. iuxta quod dic̄ apl̄s. Preter
illa que extrinſecus ſunt inſtātia. mea quotidiana ſollici
tudo oīum eccleſiarum. Per dextrū vo latꝰ qđ fibrijs ca
ret notatur ꝯtemplatio celeſtiū ſine ſollicitudibus ⁊ ge
ra a multiplicitate perturbationū. Adhuc quedā dalma
tice ꝗndecī hn̄t fimbrias ante ⁊ retro. q꞉ ꝗndecī pſalmi i
ve. teſta. q̄ſi ꝗndecī rami gradus creūt de tramite chari
tatis ⁊ ꝗndeci ſil'r in nouo teſta. excreſcūt de oṗe charita
tis: verbi grā: Charitas patiens ē: benigna ē ⁊c̄. vſqꝫ chari
tas nunq̃ꝫ excidit. Alique vo hn̄t vigintiocto añ ⁊ totidē
retro: vbi ſeptiformis ſpūs eſt octies repetirꝰ ꝗ replet oc
to maneries laudātiū deū. ſ. reges ⁊ popl̄os: ṗncipes ⁊ iu
dices: iuuenes ⁊ vgines: ſeniores ⁊ iuniores. Ruſus ī dal
matica varietas eſt ſine ſciſſura: q꞉ lꝫ varia religiōis oṗa
apud deū agantur: tamen in votis nō diſcrepāt. Jtē aper
ta eſt a lateribus ſub acell'r inſinuās illi ꝗ eam induit: vt
chriſti ꝗ in latere lancea perforatus eſt veſtigia imitet̄.
¶ Adhuc dalmaticō formā crucis pretendit. vnde ꝑ eā
xp̄i paſſio figurat̄: idqꝫ in miſſe officio portat̄ vbi xp̄i paſ
ſio repreſentat̄. Significat ēt dalmatica ſanctā religiōeꝫ
⁊ carnis mortificationē atqꝫ ſublimiū rōnem. Alba dal
matica ſanctā ⁊ immaculatā ſignificat vitā. Rubea mar
tyꝝ. Alba vero oṗe polimitico variata notat mundiciā ⁊
ṽtutum varietatem. ⁊ ē aurifriſio adornata. Juxta illud.
Aſtitit regina a dex. tu. in veſt. de. ¶ Porro ſꝫ ꝙ capiti. ſ.
xp̄o ꝯuenit dalmatica ſui forma latā ⁊ largā xp̄i miſicor
diam ſignificat: quam iṗe pre ceteris ⁊ docuit ⁊ ipendit.
Eſtote inquit miſericordes ſicut ⁊ pater veſter miſicors
eſt. Beati nanqꝫ miſericordes quoniā ipſi miſericordiaꝫ
cōſequentur. Hic e... ergo ſamaritanus ille ꝓximus nr̄ ꝗ
fecit nobiſcū miſericordiā: ſuperifundens vulneribꝰ no
ſtris vinum ⁊ oleum. Nam per viſcera miſericordie dñi
dei noſtri viſitauit nos oriēs ex alto ꝗ nō ex operibꝰ iuſti
tie noſtre quē fecimus nos. ſed ſm miſericordiā. ſ. n. ſ. ꝓ
peccatoribus venit vt de peccatis veniam indulgeret.
Miſericordiam inꝗt volo ⁊ nō ſacrificiū. Legitur in ca
none Gre. 23. di. coīs. ꝙ in ṗmitiua eccleſia nō licebat epi
ſcopo vel dyacono vti dalmatica abſqꝫ indulgētia ſedis
apoſtolice ſpeciali. ¶ Sane dalmatice tempore aduen
tus dñi a dyaconibus intermittuntur. qm̄ qñ aliqua cla
ritas ſacri ordīs ad tempus ītermittitur clarius reſplen
det ⁊ auidius ſumitur qñ reſumir̄ in animis deuotoꝛꝫ:
quia quod rarum eſt magis appetir̄. 93. di. legimꝰ. ad fi.
¶ Ruſus ī aduentu dyaconus nō vtir̄ dalmatica nec
ſubdyaconus tunica. q꞉ lex quā ſubdyaconus ſignificat
ante incarnationem dñi euangelij ornatu carebat ⁊ cha
ritas euangelij quam dyaconus ſignificat nōdū apparu
erat. vel q꞉ nōdum venerat ꝗ veſtem innocētie ⁊ immor
talitatis nos induere debebat: ideo veſtes letitie dimit
tūtur. Utunt̄ autē tunc caſulis de quo in ſecunda parte
ſub ti. de dyacono dictum eſt. Jn ieiunijs tamen penthe.
poteſt dyaconus dalmatica vti.

¶ De cirotheca. Rubrica.

Quia pleriqꝫ bonum opus quod faciunt
inani fauore corrumpūt. ideo ſtatiꝫ poſt
indutam dalmaticam pontifex iuxta ri
tum apoſtolorum manus operit cirothe
cis ne neſciat ſiniſtra ſua ꝗd faciat eiꝰ de
xtera. Per cirothecam ergo cautela con
grue deſignat̄ que ſic facit opus in publico ꝙ itentioneꝫ
ꝯtinet in occulto. Nam ⁊ ſi dñs dixerit: Luceat lux vr̄a
coram hominibus vt videant opera veſtra bona ⁊ glorifi
cent patrē veſtꝝ qui in celis eſt. Ad quod etiā deſignādū
cirotheca circulum deſuper habet aureū. iṗe tamē preci
pit. Attēdite ne iuſtitiā veſtrā faciatis corā hoībus vt vi
deamini ab eis: alioqn mercedem nō habebitis apud pa
trem veſtrū ꝗ in celis eſt. Manꝰ ergo quādoqꝫ velantur
cirothecis ⁊ quandoqꝫ denudātur: q꞉ bona opera īterdū
ad vitandū vanā gloriam occultant̄. ⁊ iterdū ad edificā
dum proximos propalātur. Sūt aūt incōſutiles: quoniā
actiōes pōtificis fidei recte debent eſſe ꝯcordes. Per ci
rothecas q̊ꝫ in manibꝰ exēpla ſāctoꝝ q̄ in oṗibꝰ hn̄da ſūt
itelligunt̄: q̄ oṗa ab oī ignamēto mūdata ſūt: ne modicū
fermēti totā maſſā corrupat. Per iṗas vo cirothecas al
bas caſtitas ⁊ mūdicia denorat̄. vt manꝰ. i. oṗatiōes ſint
mūde ⁊ ab oī ſorde imunes. Porro ſm ꝙ capiti. ſ. xp̄o cō
ueniūt cirothece ſūt edoꝝ pellicule quas manibꝰ Jacob
rebecca circūdedit vt piloſe manꝰ ſilitudinē maioꝛ fra
tris exprimerēt. Sane pellis edi ē ſilitudo peccati quam
rebecca mater. i. ſpūs ſācti grā manibꝰ veri Jacob. i. opi
bus xp̄i circūdedit. vt ſilitudinē maioris. i. ṗoris ade ſecū
dus exp̄meret. Xp̄s. n. ſiītudinē peccati ſine peccato ſu
ſcepit: vt icarnatiōis myſteriū diabolo celaret̄. Nā ad ſi
militudinē peccatoꝝ eſurijt ⁊ ſitiuit: doluit ⁊ expauit: dor
miuit ⁊ laborauit. Uñ cū ieiunaſſet. 40. diebꝰ. ⁊. 40. no
ctibꝰ: ac poſtea eſuriſſet accedēs ad illū diabolus eū ad ſi
militudinē ṗoris ade tentare tentauit. ſed ꝗ primū vice
rat eiſdem modis victus eſt a ſecundo.

¶ De mitra. Rubrica

Poſtq̃ꝫ eṗs planetam īduit mitra loco tiaris
ſeu tyare ſeu īfule capiti eiꝰ iponit̄. Jux̄ illud
Sīla ⁊ ho. co. e. do. Sꝫ ⁊ papa coronā frigiuꝫ
loꝝ ſuphūerale clamidē purpureā ⁊ tunicaꝫ
iacīthinā hꝫ ex ꝯceſſiōe ꝯſtātini iṗatoris. 96. di. ꝯſtātinꝰ.
Mitra āt ſciaꝫ vtriuſqꝫ teſtamēti dſignat: Duo nāqꝫ illiꝰ
cornua duo ſunt teſtamenta anterius nouum poſterius
vetus: que duo epiſcopus memoriter debet ſcire. 23. q.
epiſcopꝰ. ⁊ illis tanq̃ꝫ duplici cornu fidei inimicos ferire.

Uideri debet quidem ſubditis eps cornutꝰ ſicut ⁊ moyſes de monte ſynai deſcēdens ⁊ duas tabulas teſtimonij tenens apparebat cornutꝰ Aaron ⁊ filijs iſrael ex conſortio ſermonis dei: ꝓut legiť exo.34.c. Quidā aūt heretici mitrā ⁊ eiꝰ cornua ⁊ epm illā ferentē condemnant inducētes in fomentū ſui erroris qđ Jo. ait in apo. Uidi aliā beſtiā aſcendentē de terra ⁊ habebat cornua duo ſimilia agno. ⁊ loq̄bať ſicut draco. Due vero fimbrie poſteriꝰ dependētes ſpūs ⁊ littera ſunt. Per duas quoq; fibrias ſeu ligulas notať ꝙ paratus eſſe debet tā in myſtico q̄ȝ in hiſtorico ſacre ſcripture intellectu. in quaꝝ ſummitatibus ſūt fimbrie rubei coloris denotātes eiꝰ ꝓmptitudinē ad fidei ⁊ ſacre ſcripture defenſionē: ēt vſq; ad ſanguīs effuſionē. 25.q.i. ſunt qdam: q̄ ſuper ſcapulas pendent ad notandū ꝙ id quod predicat ore: oſtendere debet opere: qa enim ſcapulis nulla pars altior eſt ad opꝰ ſiue ad onꝰ ferendū. ideo recte per eas opꝰ intelligiť. Circulꝰ aureꝰ qui poſteriorē ⁊ āteriorē mitre ꝑtē ꝯplectiť īdicat ꝙ oīs ſcriba doctꝰ in regno celorū de theſauro ſuo noua ⁊ vetera ꝓferre debet. Caueat ergo diligēter eps ne priꝰ velit eſſe magiſter q̄ȝ nouerit eſſe diſcipulus. io. diſti. miſerum. ex. de elec. cum in magiſtꝝ. de renū. poſt tranſlationē. ⁊.c. niſi. ne ſi cecꝰ cecū duxerit ambo in foueā cadant. Scriptū eſt. n. per prophetā. Tu ſciam repulliſti ⁊ ego te repellam ne ſacerdotio fungaris mihi. 38. di. oēs. ⁊ in predicto. c. niſi. Non incōpetēter ēt mitra q̄ in altum de ſui forma ꝓduciť: altitudinē ſapientie deſignat. Debet enim epiſcopus ſic ſubditos ſcientia excellere vt ipiꝰ comparatione ceteri merito grex dicanť. 25. di. §. nūc aūt. i. q. i. viliſſimꝰ. ⁊. q. 7. conuenientibꝰ. Due pēdule ex poſteriori parte duplicē deſignant memoriā. Prima eſt actuū diuinoꝝ. ne celebrando eam ꝯtemnēs puniať. Unde ⁊ in veteri teſtamento ſacrificiū oblaturꝰ ambiebať tintinabulis. vt per coꝝ ſonitū reciperet dignꝰ. vel repelleret īdignꝰ ab angelo ad cuſtodiā templi poſito. 43. di. c. i. Secūda eſt peccatoꝝ ſuoꝝ vt de illis ꝯpungať de pe. di. 3. iudas. Mitra ēt qr q̄ȝ linea eſt ⁊ alba caſtitatis candorē mūdiciāq; ſignificat. Unde hoc ornamentū mitū capiti neceſſariū erat in q̄ q̄nq; ſenſus corporis vigent. quibꝰ corruptꝭ facile caſtitas violať. ¶ Sūt etiā nonnulli dicētes ꝙ mitra pontificis ſpineā coronam ſignificat. ⁊ inde eſt ꝙ dyaconꝰ in officio miſſe in quo pontifex chriſtū in paſſiōe figurat mitrā illi imponit ⁊ deponit. qr ipe ex officio ſuo habet euangeliū legere in quo xp̄s ſpinis legiť coronatꝰ. Duo cornua ſūt duo charitatis precepta. Pontifex igitur mitrā accipit intelligēs ꝙ q̄nq; ſenſus a mūdi illecebris cuſtodire debet vt duoꝝ teſtamentoꝝ precepta ſeruet: ⁊ duo charitatis precepta impleat vt coronā percipere mereať eternā. ¶ Ceteri vero ſacerdotes ⁊ clerici generaliter caput ꝯtegūt nullo ornamento. lȝ in feſtis ſint in toto alio corpore ſubornati. tum qr nōdū eſt plenū gaudiū noſtꝝ. gaudemꝰ eni nō in re p̄ntiū: ſed in ſpe futuroꝝ. tū qr ad hoc tendimus vt deū nuda facie ꝯtemplemur. ¶ Sane mitra aurifriſiata vtendū eſt a paſca vſq; ad aduentum. ⁊ a natiuitate dn̄i vſq; ad ſeptuageſimam in oībꝰ feſtis duplicibꝰ: ⁊ nouem lectionū totiꝰ anni. niſi in feſto īnocētiū ꝓut diceť ſub ti. de coloribꝰ. ⁊ in dn̄icis predictorū temporꝝ ⁊ generaliter quādocūq; Gloria in excelſis ⁊ Te deum laudamꝰ dicunť. Cū eni illa dicanť in feſtiuis diebꝰ in quibꝰ vtutē ⁊ gaudiū generale vel ſpāle capitis vł mēbroꝝ ad memoriā reducimꝰ vt diceť in ꝓhemio ſeptie ꝑtis. merito tūc mitra aurofriſiata vtimur qr auꝝ ⁊ gemmarū nitor gaudiū repn̄tant. In diebus vero ieiuniorū nō eſt ea vtendū vt ſeqtur. qr cū dies illi ordinati ſint ad delenda peccata que tūc ſūt ad memoriā reducenda nō ſūt tūc agenda vel ferenda que gaudiū ſed que potiꝰ hūilitatē ⁊ afflictionem deſignāt. In alijs vero temporibus regulariter nō aurifriſiata ſed ſimplici vtendū eſt. vȝ. ab aduētu vſq; ad natiuitatē niſi qr dn̄s papa vtiť aurifriſiata in dn̄ica gaudete. ⁊ ſeptuageſima vſq; ad paſca. ⁊ in dominica letare ihrl'm prout diceť ſub ti. de coloribꝰ. ⁊ etiā in q̄nta feria cene dn̄i in officio miſſe tm̄. ⁊ in ſabbato ſācto in officio miſſe. Itē in feſtis triū lectionū illius tp̄is ⁊ in oībꝰ vigilijs in quibꝰ ieiuniū celebrať. ⁊ in q̄tuor tp̄ibꝰ ⁊ in rogationibꝰ. dn̄s tm̄ papa vtiť in feſto ſcī Marci ī miſſa tantum. Itē in officio defūctoꝝ. ¶ Illud quoq; notādum eſt ꝙ romanꝰ pōtifex in ſignū imperij vtiť regno .i. corona imꝑiali. ⁊ in ſignū pontificis vtiť mitra. ſed mitra ſempꝰ vtitur ⁊ vbiq;. regno vero nō ſemꝑ: nec vbiq; qr pontificꝭ auctoritas ⁊ prior eſt ⁊ dignior ⁊ diffuſior q̄ȝ imperiał poteſtas. Sacerdotiū .n. ī populo dei regnū p̄ceſſit cū Aarō p̄mus pōtifex Saluē p̄mū regē p̄ceſſerit. ⁊ Noe nembroth. qr ſicut legiť p̄mꝰ regni nēbroth extitit ī babilonis. 6. di. q his ita. Noe v̄o edificauit altare dn̄o ⁊ holocauſta obtulit ſuper illud. regno q̄dē nō vtiť niſi certꝭ diebus ⁊ locis. ⁊ nūq̄ȝ ītra eccleſiā ſed extra. Porro ſm̄ ꝙ capiti .i. xp̄o ꝯuenit: mitra pontificꝭ illud ſignificat qđ ꝓpheta loquens de filio dicit ad patrē. Gloria ⁊ honore coronanit eū dn̄s. ⁊ cō. ⁊c̄. Hoc eſt itaq; nomē quod eſt ſuper oē nomē. vt in noīe Jeſu omne genu flectať celeſtiū terreſtrium ⁊c̄. Nā ⁊ in aurea lamina ſiderꝭ pontificał ſculꝑtū erat nomē dn̄i tetagramaton: cꝰ myſteriū declarabimus in ti. de lega. indumētꝭ. Per mitrā ergo capitꝭ xp̄i ſūmā illā glorificētiā ītelligimꝰ que ꝓpter diuinitatē debetur humanitati: nam ꝓpter pedē adorať ſcabellū. Adorate ingt ſcabellū pedū eiꝰ quoniā ſanctū eſt. ¶ Et nota ꝙ ſic ait Zacharias papa de ꝯſe. di. i. nullus. eps ad altare oraturꝰ accedēs ſeu altario aſſiſtens vel orōnes ad deū effūdens mitrā deponit ⁊ baculum. qr apł's ꝓhibet viros ecapite velato in eccleſia orare vt reuelata facie gloriā dn̄i ꝯtemplentur. Qū vero ad populū ſe ꝯuertit vt illi ꝑdicet īſignia ꝯminationis ſue reſumit. vnde ⁊ Moyſes cauſam populi apud deū p̄cibꝰ: cām vero dei ad populū gladijs allegabat. 45. di. diſciplina ad fi. ¶ Ultimo nota ꝙ q̄dā epi ſolēniter bn̄dicūt in miſſa. ⁊ altare thurificāt depoſita mitra. Alij vero cū mitra in capite. Primi ea rōne mouenť qr ſolēniter benedicēdo vice dei fungunť. ⁊ deus ꝑ eoꝝ myſteriū benediť. Nume. 6. in fine. vbi dr̄. Inuocabūt nomē meū ſuper filios iſrael: ⁊ ego bn̄dicā eis. Altaris v̄o thurificatio ſignificat orōnes. Apoc. 8. Aſcendit fumus incenſoꝝ de orōnibus ſanctoꝝ. Quia ergo in orōnibus cauſam plebis ad deū agit: ideo cum reuerentia mitra videlicet depoſita illud agere debet. Secūdi v̄o attēdunt ꝙ benedictio ⁊ thurificatio non ſūt eſſentialia ad conſecrationē corporis chriſti. ſed ad ſolemnitatē pertinēt: ⁊ iō ea cū mitra agūt vt ꝑ h̄ a ſimplicibꝰ ſacerdotibꝰ diſcernanť. q̄ȝuis. n. plus habeat eps q̄ȝ ſimplex ſacerdos in his que ad ſolemnitatem pertinent vt in ornamentis ⁊ alijs: non tamen in his que ad conſecrationem ipā ſpectant. Sed hec ratio minus ſufficiens videtur quoniam ſm̄ hoc mitra in miſſa deponeretur niſi quādo verba ad quorum prolationem fit ſpecierum tranſubſtantiatio ꝓferuntur.

¶ De annulo. Rubrica

cuncta que fecerat ⁊ erant valde bona. Scđo aptū codi-
cē oſculatᷣ ad ſignificandū ꝙ ſcire debet ⁊ nuda ac apta
ſibi eſſe debent quecūqȝ ſunt in lege. vnde luce. 8. Uobis
datum eſt noſce myſteriū regni dei. ⁊ malachie. 2. Labia
ſacerdotis cuſtodiūt ſcientiā ⁊ legē requirūt ſupple ſub
diti de ore eius. extra de here. cū ex iniūcto. Tertio quia
ipſe ſolus intrat in ſancta ſanctoꝝ ꝓut in ꝓhemio huius
ꝑtis dictū eſt. Quarto quia huiuſmodi oſculū ſignificat
affectū amoris ad euangeliū ꝙ precipue in ep̄o vigere dȝ
adeo vt paratus ſit mortē ꝓ eo ſubire. 25. q. 1. violatores.
Quinto ſubdiaconꝰ librū aptū p̄lato ſeu ſacerdoti offert
ad oſculandū ad notandū: ipſum debere delectari ī fide
fideliū que infuſa eſt in eis. ⁊ patefacta ꝑ euangelij predi
cationē que prius in lege fuerat clauſa. Poſtea ī qbuſdā
eccleſijs liber clauſus illis qui ſūt in choro oſ̄ditur ꝓ eo
ꝙ poſt premiſſa v̄ba vobis datū eſt ⁊c̄. ſeqtur in apoſto-
lo. ceteris aūt in parabolis. Et eſt aduertendū ꝙ poſtq̄
diaconus lecto euangelio librū oſculatus eſt ad notādū
ſe ex charitate ⁊ amore euāgelizaſſe: tūc demū fertᷣ euā
geliū ep̄o: qui chriſtū ſignificat ad oſculandū. i. ad ꝑdi
cationē acceptandā. ⁊ nō aūt ad figurandū ꝙ deus illam
dūtaxat ad ꝑdicationē acceptat que fit ex amore ⁊ cha
ritate. Uerūtā in miſſa ꝓ defunctis euangeliū non fertᷣ
pontifici ad oſculandū. tū quia tūc p̄miſſe rōnes ceſſant
tū qꝛ ī miſſa illa oīs ſolēnitas ſubtrahitᷣ: ne feſtiue ſolēni
tates cū deſolatōis meroribus miſceātᷣ. Legens tū euan
geliū in miſſa pro defunctis librū ī qbuſdā eccleſijs oſcu
latur: qꝛ quicūqȝ illud ꝓnūciat dȝ charitatis amore ī illū
tendere cuius doctrinā euangelicā recitauit: qui amor ꝑ
oſculū deſignatᷣ. Et aduertendū ꝙ ſtatim poſt libri oſcu
lū. ſacerdos miniſter pontificē q xp̄m deſignat īcēſat ad
oſtendēdū ꝙ ſacerdotis maxīe officiū ē orationis ignitū
ſacrificiū qđ ꝑ incenſum ſignificatᷣ xp̄o offerre nō ſolū ī
expiationē delicti. verū ēt in gratiaꝝ actionē ꝓut in Le
uiti. habetᷣ. Pōt etiā ſub epilogo dici. qꝛ ꝙ liber euāgelij
ꝑ ſubdiaconū portatᷣ. ꝙ ſubdiaconꝰ pulpitum aſcēdit. ꝙ
apto libro ppl̄m ſalutat. ⁊ oēs rūdent. ꝙ titulū euangelij
premittit. ꝙ alta voce ⁊ diſtincte ⁊ ꝯ ꝯaglonē legit. ꝙ oīs
pplꝰs aures ⁊ oculos ad librū dirigit. ⁊ in ſilentio ac ſtā-
do audit. ⁊ in fine ad celū manꝰ leuās orat dicens amen.
Hec inquā oīa ⁊ ſingula ex lege ſumūtur. Legitᷣ enim ī
p̄ncipio Neemie ꝙ cōgregato pplo ad plateā q̄ eſt ante
portā aq̄ꝝ: Eſdras ſcriba attulit librū legis moyſi ⁊ ſte-
tit ſuꝑ gradū ligneū quē fecerat ad loquendū ⁊ apuit li-
brū corā oī pplo. ¶ Porro leuite ſilentiū faciebāt in po
pulo ad audiendū legē bn̄dicētes deo magno ⁊ oīs pplꝰs
ſtans in gradu ſuo rūdit. Amē. Et legerūt in libro leges
dei diſtincte ⁊ apte ad intelligendū. Omnis v̄o pplꝰs ele-
uantes manꝰ ſuas adorauerūt ꝓni ad terrā. Illđ quoqȝ
p̄tercūdū nō eſt ꝙ euangelijs que in eccleſijs leguntur
generalr due p̄fatōes p̄mittūtᷣ. p̄ma ē. Initiū ſancti euā
gelij. ſcđa ſequentia ſancti euangelij. Siqdē prima p̄fa-
tio p̄mittitur principio cuiuſlibet euāgelij quattuor euā
geliſtarū. ſ. euangelio Ioānis. In principio erat verbū. ⁊
euāgelio mathei. Liber generatōis. euāgelio luce. Fuit
in diebus herodis. ⁊ euangelio marci. Principiū euāge
lij ieſu xp̄i. qđ in qbuſdā eccleſijs legitᷣ in p̄ma dn̄ica de
aduentu. vt ibi dicetᷣ: ⁊ tūc nō ſubijcitur illis. In illo tp̄e
qꝛ in ipſis principijs agitᷣ ⁊ determinatᷣ certū tp̄s. vn̄ eēt
nugatio ⁊ ſuꝑfluerent v̄ba illa. Scđa v̄o p̄fatio premitti
tur oībus alijs euāgelijs. Et dicitᷣ ſequētia qꝛ v̄ba ipſa q̄
legenda ſūt ſequūtur poſt initiū ſeu poſt ea que p̄cedūt
euāgelio. vn̄ ſūpta ſūt. vn̄ cū dr̄ ſequētia ſupplēdū ē. ſūt
v̄ba ſācti euāgelij ⁊c̄. vel ſequētia eſt nūeri ſingularis: ⁊
tunc cū dicitur ſequentia ſancti euangelij ſm̄ Ioannē
ſuppletᷣ hec eſt. ¶ Sane in euangelijs qbus ipſa ſecūda
p̄fatio ꝓponitᷣ ſubijcitur qn̄qȝ. In illo tp̄e. ⁊ qn̄qȝ nō ſub
ijcitur. Siqdē ſiue in illo tp̄e dicūtᷣ quādo ex eoꝝ v̄bis
certum eſt de tp̄e vt permiſſum eſt ⁊ tūc incipiunt ꝑ ali-
quā determinationē regie vel alteriꝰ ptātis. vt illđ. An
no qntodecimo tiberij. vel ꝑ ſimplicē rei geſte narratio
nem certū tp̄s determinātē. vt illud. cū eēt deſponſata:
⁊ illud. Poſtq̄ cōſumati ſūt. ⁊ illud. Cū natꝰ eſſet ieſus. ⁊
illud. Factū eſt aūt cū baptizaretᷣ. ⁊ illud. Cū aūt eēt an-
norū duodecim. ⁊ illud. Poſtq̄ impleti ſunt dies. ⁊ illđ
Ueſpere aūt ſabbati ⁊ illud. Eliſabet impletū eſt ⁊c̄. Re
liquis v̄o euangelijs ſubijcitur. In illo tp̄e. ⁊ ē ſenſus. In
illo tp̄e. ſ. grē. de quo dicit apl̄s. Ecce nūc tp̄s acceptabile
⁊c̄. de pe. di. 1. ecce. ¶ Non eſt etiā omittendū ꝙ euange
lium legitᷣ in eccleſia qn̄qȝ ſm̄ hiſtoriā. vt illud qđ dicitᷣ
ī die paſce. Maria magdalena ⁊ Maria iacobi ⁊c̄. ⁊ illđ
qđ cantatᷣ in natali ad ſecūdā miſſam de paſtoribꝰ. Qn̄
doqȝ ſm̄ allegoriā. vt illud qđ legitᷣ in aſſūptione btē
marie. in quo mētio ſt de maria ⁊ martha. vbi dicitᷣ. In
trauit ieſus in quoddā caſtellū ⁊c̄. ꝓut ibi in ſeptima ꝑte
dicetur. Qn̄qȝ ſm̄ rē vt illud de ſancta trinitate. Qn̄qȝ
ſm̄ ꝑſonā. vt illud qđ cantatᷣ in feſto ſancti Thome apl̄i
vbi dicitur. Thomas vnus de duodecim. Qn̄qȝ ſm̄ ꝑtē
vt illđ qđ dicitᷣ ī feſto ſancte crucis de nicodemo. vbi di
citur. ſic oȝ exaltari filiū hominis ⁊c̄. In quo v̄bo chriſtꝰ
paſſionē ſuā ſignificat ⁊ exaltationē corporis ſui in cruce
Et ideo euangeliū in quo hec clauſula cōtinetur legitur
in feſto ſancte crucis ⁊ in feſto michaelis archangeli. ꝑꝑ
illum verſum. Angeli eoꝝ ſemp vidēt faciē patris mei
qui in celis eſt. Item etiā ſm̄ partē. vt illud. Liber gene
rationis ⁊c̄. Et hoc ꝓpter vltimū verſum in quo fit men
tio de xp̄o. Quandoqȝ ſm̄ totū vt illud qđ legitur in cir
cūciſione domini. Poſtq̄ conſūmati ſunt dies octo ⁊c̄.
Quandoqȝ ſm̄ tempus: vt illud qđ dicitur in prima die
q̄drageſime. ſ. ꝓpter ieiuniū. Quandoqȝ ꝓpter letanias
vt illud. Si qd petieritis ⁊c̄. qđ ī letanijs dicitᷣ in quo fit
mentio de ouo pane ⁊ piſce. Et quādoqȝ ꝓpter locum vt
illud quod legitur in dominica ſexageſime. ſ. Exijt q ſe-
minat ⁊c̄. Sane mulier etiā abatiſſa nō dȝ legere euāge
liū. Licet. n. btā virgo dignior ⁊ excellētior eēt apl̄is vni
uerſis: dn̄s tū nō cōmiſit ei claues regni celoꝝ. exͣ de pe.
⁊ re. noua. hic eſt ꝙ abatiſſa nō pōt ꝓprias moniales bn̄
dicere vel eaꝝ ꝯfeſſiones in criminibꝰ audire vel euāge
liū legere vel publice ꝑdicare. In matutino tū poſſet: ſȝ
nō publice euāgeliū dicere. 17. q. 1. diaconiſſā. ¶ Et no
ta ꝙ quattuor ſunt euangelia de beata Maria: vt dicetᷣ
in ſeptima ꝑte ſub feſto aſſumptionis.

¶ De ſymbolo. Rubrica.

Euāgelio lecto mox cātatᷣ alta voce ſim
bolū illud. ſ. credo ī vnū deū. qꝛ. n. corde
creditᷣ ad iuſticiā ore āt ꝯfeſſio fit ad ſa
lutē. ideo eccleſia vt oſ̄dat ꝙ euāgelij.

verbū ſeu p̄dicationē fide ⁊ corde recipit mox fidei ſym
bolum ore decantat. Symbolū ergo poſt euangeliū fidē
poſt p̄dicationē oſtēdit. Unde Joā. Hec eo loquēte mul
ti crediderūt in eū. Nam ſm̄ aplꝫ ad romanos decimo.
Fides eſt ex auditu. auditꝰ aūt p̄ v̄bū dei. Dr̄ autē alta vo
ce: vt oēs illud dicant ⁊ adiſcant. Omnis eni xp̄ianus te
net̄ publice fidē catholicam ꝓfiteri. ꝓpter qꝺ in fronte
ſignat̄. Jn p̄ma vero ⁊ in cōpletorio ſub ſilentio dicitur:
ne muſce morientes perdant ſuauitatē vnguenti ꝓut in
q̄nta parte ſub ti. de p̄ma tanget̄. ¶ Rurſus ideo ī miſ
ſa patenter dicit̄ ad notandū ꝙ hodie fides catholica li
bere predicat̄ ⁊ docet̄. Jn p̄ma vero ſub ſilentio dicitur
ad notandū ꝙ in p̄mitiua eccleſia p̄ſertim tempore paſ
ſionis xp̄i p̄dicatores ⁊ fidei ꝓfeſſores ſiluerūt. ⁊ in com
pletorio ad notādū ꝙ ſimiliter ī fine ſeculoꝝ antichriſti
perſecutione inualeſcente illoꝝ ora claudent̄. ¶ Sane ſa
cerdos ſeu epiſcopꝰ illꝺ īcipit ad deſignandū ꝙ omne bo
nū a chriſto ꝓcedit. Nam omne datū optimū ⁊ omne do
nū perfectū deſurſū eſt. d. a. p. lu. i. q. i. quā pio. Ne autem
muſicꝰ ille celeſtis dicat. Cātauimꝰ vobis ⁊ non ſaltaſtis.
chorꝰ euāgelice doctrine conſona voce reſpondet: ⁊ ſolē
ni tripudio fidem catholicam ꝓfitet̄ dicens. Patrē oī
potentē ⁊c̄. quāuis ī miſſa pape q̄nq̄ aliter obſeruetur:
prout iā dicet̄. Ad hoc ſacerdos illꝺ incipiēs manet ere
ctus ante mediū altaris manibꝰ extenſis ſurſum eleuatis
q̄s poſtq̄ inceperit iūgit. Siqdem ſacerdos chriſtum re
preſentans erectꝰ manet: ad notandū ꝙ chriſtꝰ ſemper pa
ratꝰ eſt cūctis ſpūalia bona largiri. ⁊ ante altaris mediū
īmuens ꝙ nō eſt pſonaꝝ acceptor: ſed q̄ntū in ipſo eſt oībꝰ
eq̄liter īfluit: nec angulū diligit neq̄ ſinū. manibꝰ quoq̄
extenſis ad deſignandū ꝙ paratꝰ eſt abundanter bene
meritis illa largiri: ſurſum tamen eleuatis q̄ſi ipſo facto
oſtēdens ꝙ que ſurſū ſūt q̄rere atq̄ a deo miſericordiā
poſcere: ⁊ ī eo ſolo ſperare debemꝰ. Deīde poſtq̄ īceperit
manꝰ iūgit: q2 ei ſoli de perceptis bonis g̃ras agere ⁊ nos
humiliare debemꝰ. Et quoniā ſymbolū verbū eſt euan
gelicū quo ad ſenſū: ideo ſtando illꝺ audire ſicut ⁊ euāge
liū: ⁊ illo dicto ſignū crucis facere debemꝰ. Symbolū āt
grece latine ſonat indiciū vel ſignū vel collatio: tum q2
regulā fidei plenā indicat ⁊ perfectā: tū q2 ſimul in vnū
fidei continet articulos. ¶ Et nota ꝙ triplex ē ſymbolū.
Primū eſt ſymbolū apoſtoloꝝ qꝺ vocat̄ ſymbolū minꝰ:
qꝺ videlicet ex īſtitutiōe Damaſi pape dr̄ tacite p̄ ferias
ī ſingulis canonicis horis. Et illꝺ dicit̄ a ſyn qꝺ eſt con. ⁊
bolos qꝺ ē ſentētia: q2 compoſitū fuit ex diuerſis verbis
apl'oꝝ. ſicut pueri in feſtiuis ꝯuenientes afferre ſolent bo
los. i. fruſta carniū ⁊ panes: q̄ in vnū collecta ſymbolum
vocant̄. i. collectio minutiarum. 43. di. non oportet. Tra
dit̄ enim ꝙ poſtq̄ apoſtoli ſpm̄ paraclitū acceperūt cū iā
forēt ad p̄dicandū euangeliū ꝓfecturi cōferētes ī vnum
ſup̄ articulis fidei ſtatuerūt: vt ſic omnes erāt ī vna fide
concordes: ſic omnes vnā fidem cōcorditer predicarent:
⁊ ideo ſymbolum minꝰ cōponentes vnuſquiſq̄ bolum. i.
particulā vnam appoſuit. Unde ſm̄ apoſtolorū cathalo
gum ſiue numeꝝ duodecī particulas dinoſcit̄ continere.
Petrus nāq̄ appoſuit. Credo in deū patrē omnipotētē
cre. ce. ⁊ ter. Andreas. Et in ieſum xp̄m filiū eius vnicum
dn̄ꝫ noſtrū. Jacobꝰ. Qui ꝯceptus eſt de ſpū ſancto natus
ex maria virgine. Johānes. Paſſus ſub pontio pilato cru
cifixus mortuꝰ ⁊ ſepultꝰ. Philippꝰ. Deſcendit ad inferos
tertia die reſurrexit a mortuis. Bartholomeꝰ. Aſcēdit ad
celos ſedet ad dexterā dei patris oīpotētis. Thomas. Jn
de venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos. Mattheus.
Credo in ſpūm ſanctū. Jacobus. Sanctā eccleſiā catho
licam ſanctoꝝ ꝯmunionē. Simon. Remiſſionē peccato
rum. Thadeus. Carnis reſurrectionē. Mathias. Et vitā
eternam. Scꝺm ſymbolū eſt. Quicūq̄ vult ſaluus eſſe ⁊c̄.
Ab athanaſio patriarcha alexandrino in ciuitate treueri
cōpoſitum. Hoc tamē poteſt dici tertiū. nam nicenū de
quo ſequit̄ fuit p̄us in p̄ma nicena ſynodo compilatum.
Tertiū eſt nicenū. 15. di. c. i. ſ. Credo in vnū deū. quod Da
maſus papa ex condicto vniuerſalis ſynodi apud cōſtanti
nopolim celebrate īſtituit in miſſa cantare patenter. q̄ꝫ q̄ꝫ
⁊ Marcꝰ papa p̄inꝰ ſtatuiſſet illud alta voce cantari. ⁊ vo
catur ſymbolū maius. A grecis ergo vſus cantādi ad miſ
ſam ſymbolū credit̄ perueniſſe. qꝺ ſilr̄ duodecim clauſu
las continet. Prima eſt. Credo in vnū deū ⁊c̄. Secunda.
Et in vnū dn̄m ieſum xp̄m. Tertia. Qui ꝓpter nos hoīes
⁊c̄. Et cū dr̄ ibi. Et homo factꝰ eſt: debemus genua flecte
re: q2 xp̄m hoīem factū ⁊ pro nobis crucifixū adoramus.
Quarta. Crucifixus etiam pro nobis. Quinta. Et reſurre
xit tertia die ſm̄ ſcripturas. i. eo modo eo ordine ⁊ eo tem
pore quo predictū eſt in ſcripturis. Sexta. Aſcendit in ce
lum. Septima. Et iteꝝ venturꝰ eſt ⁊c̄. Octaua. Et in ſpūꝫ
ſanctū dn̄m. Nona. Et vnā ſanctā catholicam eccleſiam.
Decima. Confiteor vnum baptiſma. Undecima. Et expe
cto reſurrectionem mortuoꝝ. Duodecima. Et vitam ven
turi ſeculi amen. ¶ Et eſt notandū ꝙ in predictis niceno
⁊ cōſtantinopolitano cōcilijs non legunt̄ verba illa: ſcꝺm
ſcripturas. neq̄ illa. filioq̄ ꝓcedit. ⁊ quoniā apud grecos
ī fine ipſiꝰ ſymboli ſub anathemate dicit̄ ꝓhiberi ne quis
de fide trinitatis aliud docere vel aliter p̄dicare q̄ ibi cō
tinet̄ preſumat. ſed ⁊ calcedonēſe conciliū apud eos cele
bratū anathematiçare p̄cepit eos q alteram fidem auſi
eſſent ꝯponere: ꝓferre: ſcribere: docere: vel aliud ſymbo
lū tradere q̄ premiſſū eſt: ideo ipſi greci nos anathema
tiçatos aſſerūt pro eo ꝙ ibi addimꝰ verba ipa. Sed minꝰ
benedicūt: tum q2 illud non fuit canon late ſententie. ſed
cōminatio q̄dam. tū q2 īferior potentiorē ligare non pōt.
21. di. īferior. Romana. n. eccleſia nō ſubeſt ꝯcilijs ſed po
tiꝰ concilia ſubſiſtunt ſibi. extra de elec. ſignificaſti. Pre
terea verba illa. ſm̄ ſcripturas. ſūpta ſūt ex expoſitione fi
dei eiuſdem concilij ꝯſtantinopol'. ⁊ ſic nihil videt̄ addi
tum nec errorē aliquem ſapiunt: ſane vt ſupra ſunt expoſi
ta ītellecta. Jtē per verba illa. filioq̄. nō docemus aliud:
vel aliter de trinitate p̄dicamꝰ: īmo idem. Cum enī filiꝰ
idem ſit cum patre in ſubſtantia: ergo qꝺ a patre ꝓcedit ⁊
a filio ꝓcedit: ⁊ ſic nihil addimꝰ ſed potius ꝺclaramꝰ. nec
alteram fidē cōponimꝰ: ꝓferimꝰ: ſcribimꝰ: vel aliud ſym
bolū tradimꝰ: nec in aliquo cōtra predictū facimꝰ anathe
ma. Mirū tamen eſt quo auſu ipſi greci ſpūm ſanctū a fi
lio ꝓcedere negare preſumūt: cū ⁊ hoc ī cōcilio epheſino
apud eos edito cōtineat̄ expreſſe. de cōſe. di. 5. c. vlti. ⁊ pe
nul. ſed ipſi ſe erraſſe vidētes quoſdā prelatos de ſuis ad
generale cōciliū lugdun̄. ſub Grego. papa. 10. celebratum
miſerūt q in dicto cōcilio publice nobis videntibus ſuo ⁊
omniū p̄latoꝝ ⁊ īpatoris romāi noīe ꝓfeſſi ſūt ꝙ ſpūs ſā
ctꝰ eternal'r ex p̄re ⁊ filio: nō tāq̄ ex duobꝰ p̄ncipijs ſꝫ tāq̄
ex vno p̄ncipio: nō duabꝰ ſpiratōibꝰ ſꝫ vnica ſpiratōe ꝓcedit
ex̄ de ſum. tri. ⁊ fide catholi. ꝓut in eiuſdē gregorij ꝯſti
tutione habet̄: coram toto concilio ter grece ⁊ ter latine
ſymbolū cum dictis verbis. ſꝫ ſcipturas ⁊ filioq̄ ſimiliter
decantādo. Cātat̄ aūt hoc ſymbolū maiꝰ in ſolēnitatibꝰ
eoꝝ dūtaxat q illud compoſuerunt. ⁊ in illis de q̄bꝰ aliq̄
mentio fit ī ipſo: videlicet ī omnibꝰ diebꝰ dominicis: Jn fe
ſtiuitatibꝰ dn̄i. ſ. ī natali. epiphania. cena dn̄i. paſca. aſcen
ſione. pēthecoſten. ⁊ trāſfiguratione. ⁊ in feſto de trinita
te. ⁊ in oībꝰ feſtiuitatibꝰ beate Marie. ſancte crucis. ange
lorum ⁊ apoſtoloꝝ de quibꝰ fit mentio ibi. Et apoſtolicā
eccleſiā. Jn ſolēnitatibus āt Luce ⁊ Marci euāgeliſtaꝝ

dicit̃ qdam non debere cantari: q2 illi apoſtoli non fue‑
runt. Jtē dici debet ĩ dedicationibꝰ eccleſiaꝝ ⁊ in comme
moratione oīm ſanctoꝝ quãq̃ ⁊ ipſa ſit dedicationis fe
ſtiuitas. Et dr̃ etiã ĩfra octauã natalis dñi excepta die ĩno
centiũ ĩ qua cãtica letitie ſubticent̃. Jn octaua tamē cãta
tur ꝓut in ſexta parte ſub illo feſto dicet̃. Cãtat̃ etiã ĩfra
octauas epiphanie paſce aſcenſionis penthecoſtes apoſto
lorum petri ⁊ pauli ⁊ aſſumptionis beate Marie. Licet
eni ĩ natiuitatibꝰ ſanctoꝝ Johãnis baptiſte ⁊ ſancti Lau
renty ſymbolũ nõ cantet̃. ĩ octauis tamē coꝝ cãtatur eo
ꝙ ĩfra octauas apoſtoloꝝ ⁊ aſſumptionis occurrunt. ⁊ ob
hoc etiã ĩ octaua ſancti Joannis baptiſte p̃fatio de apoſto
lis ⁊ ĩ octaua beati laurenty p̃fatio de aſſũptione cantat̃.
Jn qbuſdam tamē eccleſijs dr̃ ſymbolũ ĩ feſto beati Joã
nis baptiſte: ⁊ non icõpetenter: q2 in ſymbolo de ꝓpheta
fit mentio: ibi. Qui locutus eſt ꝑ ꝓphetas: ⁊ q2 ipſe nõ ſolũ
fuit ꝓpheta ſ3 pluſq̃ ꝓpheta. De eo quoq3 ſcriptũ eſt. Fu‑
it homo miſſus a deo ⁊c̃. ⁊ ita fuit apoſtolꝰ. De ipſo etiã ait
Jo. os aureũ ĩ ſermone q legit̃ ĩ feſto decollatiõis Jo. par
angelis apoſtoloꝝ vox. Jpſe etiã p̃mo baptiçauit ⁊ bapti
ſmũ p̃dicauit: ⁊ ĩ ſymbolo fit mentio de baptiſmo. Hoꝝ
qdem oīum fit commemoratio ĩ ſymbolo. Quorũdam
tamē obſcure vt epiphanie. eſt tamē illud profeſtũ domi
ni. eſt etiã feſtũ illud baptiſmatꝭ: de quo ĩ ſymbolo conti
netur ibi. Cõfiteor vnũ baptiſma ⁊c̃. ⁊ cene domini: ſed il
la eſt ſolemnitas euchariſtie ad quam reſpic̄ illud. San
ctorũ cõmunionē. ⁊ angeloꝝ: ſed illi noīe celi debent ĩtel
ligi de quo in ſymbolo dr̃ ibi. Creatorem vel factorē celi
⁊ terre ⁊c̃. Quibuſdam tamē videt̃ tũc non eſſe cãtandũ
eo ꝙ angeli nũq̃ habuerũt fidē ſed ſpem. nec credũt ſed
ſciũt: qm̃ plenã ſciam habēt. Fit ēt ꝯmemoratio l3 obſcu
re dedicatõis eccleſiarũ: ſ3 ad illã reſpic̄ illò. Sãctã eccle
ſiã catholicã. tũc eni ſanctificat̃. ⁊ vt ita dicã catholiçat̃
eccleſia cũ dedicatur. Ad octauas vero reſpic̄ reſurrectio
mortuorũ de q̃ dr̃ ibi. Et expecto reſurrectionē mortuo‑
rũ. Jn feſto ſancte agnetꝭ ſymbolũ nõ cãtat̃: q2 licet ĩ ec‑
cleſia celebret̃: nõ ē tamē feſtũ octaue ꝓut ĩ ſeptima par
te ſub ipſo feſto dicet̃. ¶ Porro qdam non abſurde ſym
bolũ cantãt ſingulis diebꝰ a die reſurrectionis vſq3 ad fe
ſtum aſcenſionis: ſic ĩ oībus diebꝰ dominicis: ⁊ etiam ĩ ſo
lēnitate btē Marie magdalene dicētes illã fuiſſe aploꝝ
apl'am: eo ꝙ ipſa p̃ma reſurrectõis gaudiũ aplis nũciauit:
⁊ in feſto btĩ Martini q2 de eo cãtat̃. Martinꝰ par aplis.
Quidam ēt dicũt illò ĩ pricipali feſto cuiuſl3 eccleſie ſeu
oratory. nõ tamē in octauis illoꝝ ſi eas celebrent. Uerũ‑
tamen de qbuſdam mētio fit ĩ ſymbolo ĩ quorũ comme
moratione ſymbolũ non cantat̃ vt paſſionis ⁊ ſepulture:
qm̃ illorũ dierũ officiũ alioꝝ officiorũ regulã non ſectat̃.
Non dr̃ ēt quãdo ĩ ꝓfeſtis celebrat̃ ad honorē beate v̄gi
nis vel ſancte crucꝭ vel ſcĩ ſpũs: extra de cele. miſ. cõſiliũ
¶ Jn qbuſdam locꝭ cantato ſymbolo vel cum cantat̃ po
pulus cantat kyrieleiſon: qm̃ poſtq̃ xp̃s ⁊ apoſtoli docue
runt fideles: fide recepta laudes deo dederũt: quas forſi
tan repreſentat ſuauiſſimi ſymboli melodia. ¶ Jllud ãt
ſciendum eſt ꝙ xp̃s non venit predicare gentibus: ſed iu
deis. Juxta illud euangely. Non ſum miſſus niſi ad oues
q̃ perierũt domꝰ iſrael. Unde precepit apoſtol'. Jn viam
gentiũ ne abieritis: ⁊ ĩ ciuitatem ſamaritanorum ne ĩtra
ueritis: donec poſt reſurrectionē precepit eis dicēs. Eun
tes in mũdum vniuerſum p̃dicate euangeliũ omni crea‑
ture. Et iccirco romano põtifice ſolēniter celebrãte ſym
bolũ fidei nõ cantores in choro: ſed ſubdiaconi ad altare
decantant ⁊ generaliter ipſi ad vniuerſa reſpondent vſq3
dum ipſe pontifex dicit. Pax domini ſit ſemper vobiſcũ.
quoniã vſq3 poſt criſti reſurrectionē ſola iudeoꝝ eccleſia
que ꝑ ſubdyaconos qui ſurſũ ad altare cõſiſtãt deſignat̃.
corde credidit ad iuſtitiam: ⁊ ore ꝯfeſſa eſt ad ſalutem: ex‑
tra de ſacra. c. i. ſ3 ex tunc cãtores ĩ choro reſpõdent ⁊ vni‑
uerſa decantant: quia poſt reſurrectionē eccleſia gentiũ
quam cantores qui deorſum in choro ſubſiſtunt deſignãt
fidem xp̃i recepit ⁊ laudũ p̄conia pſoluit ſaluatori. Jnter
euangeliũ tamē ⁊ ſacrificiũ chorus ꝯcinit offertoriu3: qm̃
ĩter paſſionē ⁊ p̃dicationē gētilitas fidei votũ deo offerēs
cãtauit: qm̃ mulier cananea de finibꝰ tyri ⁊ ſydonis egreſ‑
ſa clamauit ⁊ dixit Miſerere mei dñe fili dauid. Filia mea
male a demonio vexat̃. cuiꝰ tandē fidē ꝯmēdans dñs ait.
O mulier magna ē fides tua. fiat tibi ſicut petiſti. ¶ Po‑
ſtremo ſymbolum apoſtoloꝝ tanq̃ breue ⁊ oīa cõtinens
ſub cõpēdio exponamꝰ. Credo ĩ deũ patrē oīpotētē crea‑
torem celi ⁊ terre ⁊c̃. ¶ Nota ꝙ aliud eſt vt ait Aug. cre
dere deo. aliud eſt credere deũ. ⁊ credere in deũ. Credere
deo eſt credere vera eē q̃ loquit̃: qò etiã mali faciũt ⁊ nos
credimus hoī ⁊ non in hoīe. Credere deum eſt credere ꝙ
ipſe ſit deꝰ: qò etiã demones faciũt. Credere in deũ ē cre
dēdo amare ⁊ credēdo in eũ ire: credēdo ei adherere: qò
ſoli boni faciũt: ergo q dicit credo in deũ mentit̃ ſi non di
ligit deũ niſi dixerit ꝙ ĩ ꝑſona eccleſie loqtur dicēs. aũt
deũ ſingulariter: deorũ fugit pluralitatē. vnde notabilr̄
in maiori ſymbolo additũ eſt hoc verbũ. vnũ. Juxta illò
Audi iſrael dñs deꝰ tuus vnꝰ eſt. Et apoſtolꝰ: vnus eſt deꝰ
vna fides: vnũ baptiſma. Dicēs vero patre3 ĩcipit ꝑſonas
diſtĩguere: de qbꝰ Jſa. Quis appendet tribꝰ digitꝭ molem
terre. Et alibi: Seraphin clamabat ſanctꝰ ſanctꝰ ſanctꝰ. ⁊
dñs Baptiçate oēs gētes ĩ noīe patris ⁊ fily ⁊ ſpũs ſancti.
Et iacobꝰ. Tres ſũt q teſtimoniũ dant ĩ celo: pater verbũ
⁊ ſpũs ſanctus. Pater eſt p̃ma nõ tēpore ſed auctoritate ĩ
trinitate perſona. Qò ſeqtur oīpotētē. nomē eſt eſſētiale:
ideoq3 illud ad ſubſtantiuũ deũ vel ad relatiuũ patrem
non ſine ratione referimus dicētes. Credo in deũ patre3
oīpotentē: vel credo ĩ patrē oīpotentē. Silr̄ ⁊ quod ſeqt̃.
Creatorē celi ⁊ terre: vbi cõfutat̃ hereticus q alium celi
aliũ terre aſſerit creatorē. aliũ celeſtiũ: aliũ terreſtriũ. ali
u3 corporꝝ: aliũ aīaꝝ: ꝯtra q̃s ait moyſes. Jn p̃ncipio crea
uit deꝰ celũ ⁊ terrã. Et dauid. Jn p̃ncipio tu dñe terrã fun
daſti: ⁊ opera manuũ tuaꝝ ſunt celi. Et apoſtolus. Jn ipo
cõdita ſũt vniuerſa ĩ celo ⁊ ĩ terra. Seqt̃. Et ĩ Jeſũ xp̃m fi
liũ eius vnicũ dñm noſtru3. Ecce altera ĩ trinitate ꝑſona:
hic eſt Jeſus q ſaluũ facit populũ ſuũ a peccatis eoꝝ. hic ē
xp̃s oleo leticie pre cõſortibꝰ vnctus. hic eſt enim vnicus
patrꝭ filiꝰ. de quo Dauid: filius meus es tu ego hodie ge‑
nui te. Et apoſtolus. Miſit deus filiũ ſuũ natũ de mulie
re factũ ſub lege. hic eſt dominꝰ noſter q nos creauit: qui
nos ſeruos alienos precio ſanguinis emit. Seqt̃ qui con
ceptus eſt de ſpũ ſancto natus ex maria v̄gine. Ecce p̃mũ
xp̃i ſacramentũ. ſ. ĩcarnatio: ac ſi dicat. Qui cũ ſit deus fa
ctus eſt homo: nõ ex virili ſemine: ſed cõceptus operatio
ne ſpũs ſancti. natꝰ ex maria virgine. Unde Jſa. Ecce vir
go cõcipiet ⁊ pariet filiũ ⁊ vocabit̃ nomen eius emanuel.
Et angelus ĩ euangelio. Aue maria gr̃a plena dñs tecum.
⁊ illa. Spũs ſanctꝰ ſuperueniet in te: ⁊ virtꝰ altiſſimi ĩ obũ
brabit tibi. Quidam tamē hec verba. Qui cõceptus eſt d̃
ſpũ ſancto: iũgunt cũ p̄cedētibꝰ. Seqtur. Paſſus ſub pon
tio pilato crucifixus mortuꝰ ⁊ ſepultus. Ecce 2ᵐ ſacramē
tum ſm̃ humanitatē xp̃i. ſc3 paſſio cuius tempus deſcri‑
bitur ſub pontio pilato. forma ſubdiuiditur. crucifixꝰ. fi‑
nis concludit̃. mortuus ⁊ ſepultus. vnde plangēs dic̄ ex
ore dauid ⁊ Hieremie. Foderunt manus meas ⁊ pedes
meos: ⁊ dinumerauerũt oīa oſſa mea. De morte ait ꝓphe
ta. domꝰ dñi fuit exitꝰ mortis. De ſepulchro ait Jſa: Se‑
pulchꝝ eiꝰ extitit glorioſũ. Hec ſũt ĩ euãgelio manifeſta.

¶ Sequit̄ Deſcēdit ad īferos tertia die reſurrexit a mor
tuis. Ecce tertium ſacramentum ſcilicet reſurrectio. ſed
de deſcenſu ad inferna premittit̄ ex quo mortui liberan
tur. vnde in Oſee: de manu mortis liberabo eos. ꝺ morte
redimā eos: ero mors tua o mors. morſus tuꝰ ero inferne.
Hic eſt euāgelicus fortis qui fortē ligauit ⁊ eiꝰ vaſa dirru
puit. hic eſt qui dicit ī pſalmo. Ego dormiui ⁊ ſoporatꝰ ſuꝫ
⁊ exurrexi: quoniā dn̄s ꝯſuſcepit me. qui patri dicēti: Exur
ge gloria mea exurge cum pſalmis ⁊ cithara: breui ſermo
ne reſpondet. Exurgam diluculo. cuiꝰ reſurrectioni mulie
res ⁊ viri perhibēt teſtimoniū ī euangelio. Quod autē dr̄
in maiori ſymbolo. Reſurrexit tertia die ſecūdū ſcriptu
ras. exponit̄. i. eo modo eo ordine ⁊ eo tempore quo predi
ctū eſt a ſcripturis. ¶ Sequit̄. Aſcēdit ad celos ſedet ad
dextrā dei p̄ris oīpotētis. Ecce quartū ſacr̄ꝫ. ſ. aſcēſio. Aſcē
dit enī ſicut ait Dauid ſuper cherubin ⁊ volauit ſuper pē/
nas ventoꝝ ⁊ parauit in celo ſedem ſuam ⁊ regnum eius
oībus dominabit̄. Cui ait pater: Sede a dextris meis do
nec ponā inimicos tuos ſcabellū pedū tuoꝝ. Et vt aſcen/
ſioni de viſu quoqꝫ teſtimoniū non deeſſet: ait Lucas. Ui
dentibꝰ diſcipulis eleuatꝰ eſt ⁊ nubes ſuſcepit eum ab ocu
lis eoꝝ. ¶ Seq̄t̄ Inde venturꝰ ē iudicare viuos ⁊ mortu
os. Ecce quītū quod nōdū apertum eſt ſacramentum. ve
niet enī rex manifeſte cui pater iudiciū dedit. Et ſicut ait
Dauid: Parauit ī iudicio thronū ſuū ⁊ iudicabit orbē ter
re ī equitate. iudicabit populos in iuſticia. Et alibi Deus
manifeſte veniet deꝰ noſter ⁊ non ſilebit. Et Lucas. Ita
veniet ſicut vidiſtis eum eūtem in celum. Et Micheas.
Iudiciū domini cuꝫ populo ſuo. ¶ Seq̄t̄. Credo in ſpūꝫ
ſanctū. Ecce tertia in trinitate perſona. ſ. ſpūs ſanctus. de
qua Moyſes. Spūs domini ferebatur ſup̄ aquas. Et pſ.
Flauit ſpūs eius ⁊ fluent aque. Et dn̄s in euangelio. Spi
ritus q̄ a patre procedit docebit vos oīa. Ille enim docet.
ille ſanctificat. ille viuit. ille peccata remittit. per hunc re
ſurrectionē in gloria. per hūc cōſequimur vitam eternaꝫ
Unde ſequit̄. Sanctam eccleſiam catholicaꝫ. Et poſſūt
hec verba ⁊ ſeq̄ntia ſic ītelligi ⁊ cōiungi. Credo in ſpūm
ſanctū ſanctā eccleſiā catholicā. i. credo per ſpūm ſanctū ſā
ctam eccleſiā fideliū ſanctificari. Item credo in ſpiritum
ſanctū ſanctoꝝ cōmunionē. i. per ſpūm ſanctū ſanctos in
vinculo charitatis vniri. Et credo in ſpūm ſanctū remiſ/
ſionem peccatorum. i. per ſpūm ſanctum peccata remitti.
Et credo in ſpūm ſanctū carnis reſurrectionem ⁊ vitam
eternam: ideſt per ſpūm ſanctū gloriā eam em conſecutu
ram ⁊ aīam vitam eternā. vel ſic. Credo ſanctā eccleſiam
catholicam. nō ita dicimur vt aſſerit Aug. de conſe. di. 4.
p̄ma in fine: credere in eccleſiam ſicut in deū. ſed in eccle
ſiam ſanctā catholicam credimus dum in eccleſia cōuer
ſantes ⁊ ī deū credimꝰ: ⁊ que ſequunt̄: nos ide firmiſſime
conſequi ꝓfitemur. ſcilicet ſanctoꝝ cōmunionē: remiſſio/
nem peccatoꝝ: carnis reſurrectionē ⁊ vitam eternam. vū
ſic cōiunges. Credo in ſanctā eccleſiā catholicaꝫ ſanctoꝝ
cōmunionē. i. per fidem quā habeo exiſtēs in ſancta ⁊ vni
uerſali eccleſia aſſequor ſanctoꝝ cōmunionē. i. cōcordiaꝫ
⁊ vnionē. Sicut. n. eſt vnus paſtor: ſic vnū ouile: ſicut vnꝰ
deus ſic vna fides: ⁊ vnum baptiſma. vel percipio ſancto/
rum cōmunionē. i. panē benedictionis de quo dr̄. Crede
⁊ manducaſti de con. di. 2. vt q̄d. Siſr ⁊ que ſequunt̄. Cre
do in ſanctā eccleſiam peccatoꝝ remiſſionē. i. per fidem
quam habeo exiſtēs ī ſancta ⁊ vniuerſali eccleſia: ꝯſequor
remiſſionem peccatoꝝ ⁊ lepre curationē: de qua dr̄ in le/
ge ⁊ euangelio. Maria ſoror aaron cū ſeptē diebus fuerit
extra caſtra eſt a lepra mūdata. l. di. §. ecōtra. Naamā ſy/
rus ſepties lotꝰ in iordane eſt a lepra curatus: ſic ⁊ dominꝰ
decem leproſos mundauit ſꝫ vnus tantū dedit gloriā deo
De magdalena dicit̄: q2 dimiſſa ſunt ei peccata multa: q2
dilexit mltū. Paralitico q̊qꝫ ait dn̄s. Fili remittūtur tibi
peccata tua. ¶ Sequit̄ Credo ī ſanctam eccleſiā catholi
cam carnis reſurrectionē: ideſt per fideꝫ quam habeo exi
ſtens in eccleſia: cōſequor carnis reſurrectionē. de q̄ Iob.
Credo q̄ redēptor meus viuit ⁊ ī nouiſſima die de terra
ſurrecturꝰ ſuꝫ. ⁊ in carne mea videbo deū ſaluatorē meū.
vnde ī euāgelio. Deꝰ abrahā deꝰ Iſaac ⁊ Iacob nō eſt deꝰ
mortuoꝝ ſed viuoꝝ. Et populus: Omnes q̄dem reſurge/
mus: ſed nō oēs īmutabimur. Similr̄ cōiungendū eſt q̄ꝺ
ſeq̄tur: Credo in ſanctā eccleſiam catholicā vitaꝫ eternā.
ideſt per fidē quam habeo exiſtēs ī eccleſia: conſequar vi
tam eternā: hec ē terra viuentiū: de qua Dauid. Credo vi
dere bona domini in terra viuentiū. Eſt autem vita eter
na videre deū patrem ⁊ quem miſit Ieſuꝫ xp̄ꝫ. de hoc ēt
ſub ſabbato ſcō in ſexta parte vbi agit̄ de baptiſmo dicet̄
¶ De predicatione. Rubrica.

Quoniā vt premiſſū eſt euangeliū predi/
catio ē ⁊ ſymbolū fidei ꝓfeſſio: ideo poſt
illa fit populo predicatio quaſi euange/
lici verbi ⁊ ſymboli ſiue noui ⁊ veteris te
ſtamēti expoſitio. q̄ modꝰ ſumptus ē ex
libro Neemie in p̄ncipio vbi legit̄. Et le
gerunt leuite in libro legis dn̄i. Neemias
āt ſacerdos ⁊ Eſdras ſcriba īterpretabant̄ populo vniuer
ſa. Preterea monebant̄ antiq̄tus q̄ in fraterno odio erant
vt ad cōcordiam venirent priuſq̄ꝫ cōmunicarent. ⁊ mūdi
eſſent priuſq̄ꝫ coram ſuo ſaluatore. cui nota ſunt ſecreta
cordium apparerent: ex quo ſiquidem predicandi vſus ī
eccleſia inoleuit. Inde etiam eſt q̄ oratio dominica: que
ad primā: ⁊ in alijs horis voce dimiſſa dicit̄ ad miſſaꝫ al/
ta voce ⁊ patēter dicat̄: q2 ī ea hꝰ fraterna monitio ꝯtinet̄
cōmuniter tamen poſt p̄dicationem ſymbolū decantat̄:
q2 fidem p̄dicatam ſe tenere eccleſia profitet̄. ¶ Uerū
cum p̄dicandi officiū priuilegiatū ſit. nullus predicare dꝫ
niſi cui ꝯmittit̄: aut cui ex officio ſibi iniūcto īcumbit. Iux
ta illud apoſtoli. Quomodo predicabunt niſi mittant̄: ex
tra de hereticis. cū ex iniuncto. ⁊ ideo predicaturus licen/
tiam petit dicēs. Iube domine. Debet autē predicator lo
co eminētiori eſſe ſicut ⁊ euāgelium legens: ꝓpter rōnes
ſub titulo de euangelio ſcriptas. Nam ⁊ ihs vidēs turbas
aſcendit ī montē ⁊ aperiens os ſuū docebat eos. Math. 5.
Et eſdras fecit gradū ligneū ad loquenduꝫ: vt dcm̄ eſt in
p̄ma parte ſub titulo de eccleſia vbi de pulpito agit̄. De/
bet tamē humiliter ꝓferre que docet: nec ſm̄ Greg. 46.
di. habet. in fi. illū elatis moribus predicet quē in cordibꝰ
audientiū ſacris ſmōnibus īſectat̄. Et ſm̄ Ambro. p̄dica
tio xp̄iana nō īdiget pompa nec cultu ſmonis. Debet q̊qꝫ
ſm̄ Grego. p̄dicator eē diſcretus in ſilentio. vtilis ī verbo
ne aut tacenda ꝓferat aut proferēda reticeſcat. 43. di. ſit
rector. Sūt tamē nonnulli huius doctrine obliti: qui ſic
ait Beda. 2. q. 7. ſecuti ſunt: auditores ſuos in precipiciuꝫ
mergunt q̄bus non ſalutaria que corrigant. ſed que illos
delectēt erronea predicāt. Alij vero ſm̄ Grego. 49. diſti.
hinc ⁊ eni. 8. q. i. oportet. 43. di. §. ſi. dum eſtimari hebetes
nolunt. ſepe ex immoderata ſubtilitate. ſe in quibuſdam
īq̄ſitionibꝰ pluſq̄ꝫ expediat exercent ſecreta myſteria ſua
p̄dicatione nō ītelligentibus reſerando. Oportet enīꝫ eū
q̄ docet ⁊ īſtruit ꝓ īgenio diſcentiū ſemetipꝫ aptare ⁊ vbi
ordinē pro audientiū capacitate dirigere: quū qui docet
ea que ab auditoribꝰ ītelligi nequeūt: non ad coꝝ vtilita
tem ſꝫ ad ſui oſtentationeꝫ facit vt plura ſcire videat̄: vel
adulatione vt eis placeat q̄bus ſecreta reuelat. Iuxta q̄ꝺ
apoſtolus ait. Chriſtꝰ me miſit predicare non in ſapientia
verbi. ¶ In concilio carthagiū. de cō. di. i. ſacerdote. ſta

tutum eſt vt ſacerdote verbū.ſ.pdicationis in eccleſia fa
ciēte q egreſſus de auditorio fuerit videlicet ɔtēnēs excō
municet᷑. ¶ Poſt predicationē fit ɔfeſſio.ꝛ īdulgentia ꝑ
cōmiſſis ꝛ omiſſis concedet᷑ vt ſic cōſcientiys emundatis.
Juxta illud pphēticū Et ſcopebā ſpūm meū: accedāt ſin
guli ad cōmunionis ſacramētū: qđ mox in miſſa vel ſacra
mentaliter vel ſpūaliter recepturi ſunt. que ſpūalis com/
munio fit per fidē operantem ꝑ dilectionem. Juxta illud
Augu. Crede ꝛ manducaſti. de con. di. z. vt quid.

¶ Scđa pars miſſe de offertorio. Rubrica.

Secūda pars miſſe ī offertorio ſūc in do/
minus vobiſcum īcipit: que in quattuor
ſubdiuidit᷑ particulas. Prima dicit᷑ ſe
cretella. Secūda pfatio. Tertia canon.
Quarta oratio dominica cū ſua prefatio
ne.ſ. Preceptis ſalutarib⁹. Poteſt etiaꝫ
qcqd ab hoc loco vſqꝫ ad finē miſſe dici
tur ſecreta vocari: que ſecreta ī quīqꝫ diuidit᷑ partes. Pri
ma eſt ab offertorio vſqꝫ ad pfationē ꝛ hec ſpecialiter dici
tur ſecreta. Secūda dr pfatio. Tertia canon. Quarta ora
tio dñica. Quinta eſt emboliſm⁹. Quinta etenīꝫ fuit dñi/
ci ſanguinis effuſio. Prima ī circūciſione. Secunda in ſu
dore. Tertia in flagellatione. Quarta in crucifixiōe. Quī
ta in mortui lanceatione. ¶ Sane ordo conueniens ē vt
poſt pdicationē ſequat᷑ fides in corde: laus in ore: fructus
in opere. Predicatio qdem eſt ī euāgelio. fides in ſymbo
lo: laus in offertorio: fruct⁹ ī ſacrificio. quapropter offeren
da cantat᷑: qꝛ ſacrificiū laudis offertur. vnde ps. Circuiui
ꝛ īmolaui ī tabernaculo ei⁹ hoſtiā vociferationis cantabo
ꝛ pſalmū dicā domino. Et ī paralipomenon. Cū offerrēt
holocauſta ceperūt laudes canere dño organis: ꝛ in diuer
ſis que dauid rex cōparauerat cōcrepare. Offertoriuꝫ qdeꝫ
īter euangeliū ꝛ ſacrificiū canit᷑: put ī titulo de ſymbolo
dictū eſt. ¶ Sacerdos autē dicturus Oremus premittit
Dñs vobiſcum. qſi diceret: niſi domin⁹ ſit nobiſcū orare
non poſſum⁹ ad ſalutē noſtram. Subycit ergo orem⁹ mo
nens populū orare: vt fidem in ſymbolo recitataꝫ credat
ꝛ in ea ſtabilis permaneat: qꝛ ꝛ xps diſcipulis ſuis dixit.
Orate ꝛc. Luce. zz. monēs etiam vnūquēqꝫ ad ſe redire:
conſciētiam ſuam diſcutere ꝛ ſeipſum in holocauſtum in
ſuum deo offerre. Pri⁹ ergo qꝫ chorus cantet offertorium
ſalutatur a ſacerdote vt poſſit deuote cantare. ꝛ mox poſt
qꝫ ille dixit orem⁹ chorus cantat canticū offerentiuꝫ ſiue
offertoriū: ꝛ popul⁹ offert vt notet᷑ q poſt īpletionē man/
datoꝝ offerim⁹ nos metipſos: ſicut ſub ti. de oblatione di/
cetur. Ac ſi vnuſqſqꝫ offerens dicat Credo. ꝛ fidē quam ī
ſymbolo pfeſſus ſū mopere cōpleo ꝛ orationi ſacerdotis
cōſentio. vnde ꝛ ſacerdos ſtatim offert dona conſecrāda.
¶ Et attēde q offertorioꝝ verſus cum multa diligentia
ab antiqs patribus īuenti: hodie in pleriſqꝫ locis omittū
tur: tum breuitatis cauſa: vt tam miniſtri qꝫ populus obla
tionibus ofoni ꝛ ſacramēto altaris liberi⁹ vacent. tuꝫ etiā
qꝛ ſicut ait Aug. iz. di. oīa: ipſam xpianā religionem pau
ciſſimis ꝛ manifeſtiſſimis celebrationū ſacramentis mi
ſericordia dei voluit eſſe liberam. Et ſm hieronymum.
de conſe. di. 5. non mediocriter. Melior eſt quīqꝫ pſalmo
rum cum cordis hilaritate decantatio qꝫ totius pſalterij
cum anxietate modulatio. verborū enim multitudine
deus flecti non pōt. Solū ergo ī offertorio quod dr̄ ī miſ
ſa pro defunctis: verſus ipſi hodie dicunt᷑. qꝛ officiū illō
non ſeqtur ī multis normam alterius officij. ¶ Porro a
patribus introductum ē vt offertoriū cantet᷑: qꝛ vt pmiſ/
ſum eſt qū offerebāt ī tubis clangebant. hilarē nāqꝫ dato
rem diligit deus. z3. q. 6. §. ex his. Inductum eſt etiaꝫ ex
eo q Salomon in dedicatiōe templi ꝛ altaris innumerā
bilē multitudinē holocauſtoꝝ obtulit cū magna ſolēni/
tate: ꝛ a Moyſe cui deſcēdēti de monte ꝛ populū ſalutan
ti ꝛ oranti occurrit ppls ꝛ munera obtulit. Cātat᷑ ēt offer/
torium dū offertur ad memorandū iocunditatē iſraheli
tici populi offerētis donaria ad edificiū tabernaculi. vel
poti⁹ ad ōſignādū clamorē mulieris de q̄ legit᷑ in Apo. iz.
ca. Mulier. i. eccleſia amicta ſole. i. chriſto quē īduit ī ba/
ptiſmo. habēs lunam ſub pedibus. i. oīa mutabilia calcās
ꝛ in capite coronā duodecī ſtellaꝝ. i. choꝝ duodecī apoſto
loruꝫ. ꝛ habēs ī vtero ſuppleꝫ ea q̄ ī ſui initio geſta ſunt. cla
mat parturiēs ꝛ cruciat᷑ vt pariat. Clamorē ergo ei⁹ partu
rientis vel ſalubrē domini cruciatū imitat᷑ offerēda: per
ſuum grauē ꝛ grandiſonuꝫ cantū: que neumis diſtenta ꝛ
verſibus fecundata: quantūuis longa iubilatione: quod
ſignificat nō fatl exprimere valet. Quis tamē offertoriuꝫ
cātare īſtituerit ignorat᷑. Traxit nomē offertoriū a ferta
qđ eſt oblatio que in altari offert᷑ ꝛ a pontificibus conſe/
cratur. īde offertoriū dicit᷑ quaſi prefertū. oblatio vero vo
catur qꝛ offert᷑. Dicit᷑ etiā offertoriū qꝛ dū offerenda can
tatur. ſacerdos accipit oblationes vel hoſtias a miniſtris.
de qb⁹ ſub titulo de oblatiōe dicet᷑. ¶ Aduertenduꝫ autē
eſt q licet ſacerdos premittat Oremus non tamen īme/
diate orat imo thurificat. oblationes recipit ꝛ alia agit: q̄/
ſi ipſo facto dicat: nō ceſſat orare qui nō ceſſat bn̄ agere.
Dum ergo offertoriū canitur ꝛ īcenſuꝫ portatur inſtante
memoria dominice paſſionis ſilentiū obſeruant vſqꝫ dū
alta voce dicit. Per oīa ſecula ſeculoꝝ: Illud īſinuans q
Jeſus poſt ſuſcitatiōeꝫ laçari non palam ambulabat apō
iudeos cū cogitarent eum interficere: ſed abyt ī ciuitateꝫ
que dicit᷑ effren: ꝛ ibi morabatur cum diſcipulis. College
runt enī pontifices ꝛ phariſei conciliū: ꝛ vnus ex ipſis cay
phas noīe dixit. Expedit vt vn⁹ homo moriat᷑ pro populo
ꝛ non tota gens pereat. Et ab illo die cogitauerūt eū īter/
ficere. de hoc dicetur ſub ti. de inclinatione ſacerdotis.

¶ De manuū ablutione. Rubrica.

Priuſquā ſacerdos offerat man⁹ iteꝝ la
uat qꝫuis pri⁹ dū veſtib⁹ ſe ornaret lauiſ/
ſet put dictū eſt ſub ti. de capitis cooper
tione. Et etiam poſt ſcđam thurificatio/
neꝫ iteꝝ lauat: vt ſic magis ac magis mū
datus offerat hoſtiā īmaculataꝫ ſanctā:
deoqꝫ placētē. Nam ꝛ ps: cū mundatus
eēt petebat amplius emūdari dicēs. Ampli⁹ laua me ab
inigtate mea ꝛ a peccato ꝛc. Lauat aūt ſemp ad dextruꝫ
cornu altaris. nā dextra proſperitatē: ſiniſtra aduerſitatē
ſignificat. qꝛ igit᷑ plurīes peccatur in pſperis qꝫ in aduer/
ſis. Juxta illud ps. Cadent a latere tuo ſcꝫ ſiniſtro mille:
ꝛ decē milia a dextris tuis. merito magis lauādū ē ad dex/
trā quā ad ſiniſtrā. Sacerdos itaqꝫ hoſtiā oblatur⁹ lauat
man⁹ ad ſignificādū q lauare ac mūdare dꝫ ɔſciaꝫ lacry
mis pnīe ꝛ ɔpūctōis. Jux̄ illđ. Lauabo ꝑ ſinglās noctes le
ctū meū lachrymis meis ſtratū meū rigabo. Et iō tūc dic
Lauabo īter innocētes man⁹ meas. i. opera. ꝛ Iſa. Laua/
mini ꝛ mūdi eſtote. Nā ꝛ xps pūſqꝫ vexꝫ ꝛ vnicū ſacrificiū
iāra cruci offerret ī reſuſcitatōe laçari lachrymas mirab⁹
effudit: euāgeliſta teſtāte. Jhs igt īfremuit ſpū turbauit
ſemetipꝫ ꝛ lachrymat⁹ ē. Lauat ēt man⁹ ne re⁹ ſit corpis ꝛ
ſāguīs dñi. Jux̄ illđ. Mūde ſūt man⁹ mee a ſāguīe h⁹. ꝛ vt
mūdi ſint a terrēo pāne iā ī ppli oblatōe recepto. vel a ter
reno ōſiderio.

¶ De pallis corpalib⁹. Rubrica.

Interī vero dū ſacerdos man⁹ abluit ora
conꝫ corpalē pallā ſup altare diſponit: ī
q̄ ammonent᷑ miniſtri ꝛ ppls: vt ſint ab oī
carnali cupiditate mūdi ſicꝫ ipa palla mun
data ē a nāli viriditate ꝛ hūore: munditia

quoq; corporalis ſignificat mundiciã populi fidelis. De
hac palla in canone ita dr̃. de con. di. i. ex cõſulto. ex cõſul/
to enĩ oĩum cõſtituim⁹ vt ſacrificiũ altaris non in ſerico
panno aut in tincto quiſq; celebrare pſumat: ſed in puro lin
teo ab epõ ꝯſecrato: terreno. ſ. lino. i. de terra ꝓcreato atq;
cõtexto: ſicut corp⁹ dñi noſtri ieſu xp̃i ĩ ſindone linea mũ
da ſepultũ fuit: ⁊ chriſt⁹ verã carnẽ paſſibilẽ ⁊ mortalem
de terreno v̓ginis corpore aſſũpſit. de lino igit̃ cãdido nõ
ĩtincto ex iſtitutione ſixti pape ⁊ euſebij fit corporale. Si
gnificat aũt corporale paſſionis itẽtionẽ ſeu corp⁹ xp̃i: q̄
ſicut linũ multo labore ac multis tonſionib⁹ acquirit can
dorem: ita xp̃i caro multo certamine ad reſurrectiõis glo
riam ꝑuenit. Significat etiã eccleſiam per quã corp⁹ xp̃i
ĩtelligit̃ q̄ multis paſſionibus ⁊ pſſuris ad candorem eter
ne vite perducit̃. Tertio ſignificat ipſũ chriſtũ. Cum eñ
ſic complicet̃ vt nec initiũ nec finis ei⁹ appareat: ſic ei⁹ di
uinitas initio caret nec finem habebit. Et ſicut oblata cõ
iungit̃ corꝑali ⁊ ponit̃ ĩ altari: ſic xp̃i caro iuncta diuinita
ti affigit̃ cruci. Et nota ꝙ ĩ q̇buſdã eccleſijs palla corꝑal̓ q̄
calici ſupponit̃ in lõgũ altaris extẽdit̃: q̄ quattuor in lõgũ
⁊ tres habet plicaturas in latum. Siq̇dem in longum al/
taris extendit̃. q̄ vt aiũt q̇dam linteamẽ quo chriſti cor/
pus ĩuolutũ fuit: per illã figurã extenſũ ĩ longitudine ſe
pulchri ĩuentũ eſt. Quattuor ei⁹ plicature ĩ longũ quatu
or deſignant cardinales virtutes. ſ. iuſtitiã: prudentiam:
temperantiã: ⁊ fortitudinem per quas innate nobis paſſi
ones reprimuntur. Tres vero plicature in latum: tres
theologicas virtutes. ſcilicet fidem: ſpem ⁊ charitatem:
per quas deo vnimur figurant. ¶ Poteſt quoq; ⁊ aliud ĩ
his figurari. Duplex enĩ eſt palla q̄ dr̃ corꝑale. vna. ſ. quã
dyacon⁹ ſup altare extẽdit: altera quã ſuper calicẽ plica
tam ĩponit: ſignificantes duo lĩteamina q̇b⁹ ioſeph corp⁹
xp̃i ĩuoluit. Extenſa repñtat ſindonẽ qua corp⁹ fuit ĩ ſe
pulchro ĩuolutũ: ⁊ ĩde corꝑale vocat̃. plicata ſuper calicẽ
poſita ſudariũ quo caput ei⁹ fuit ſeparatĩ ĩuolutũ. Siq̇dẽ
extenſa q̄ corꝑale vocat̃ ſignificat fidẽ. plicata q̄ ſudariũ
vocat̃ ĩtellectũ. hoc enĩ myſteriũ credi dꝫ ſed cõprehẽdi
nõ valet: vt fides habeat meritũ cui humana rõ nõ pbet
experimentũ de pe. di. 4. ĩ domo. Secũdo q̄q; corporale
ſiue ſindon ſubſiſtens ſignificat xp̃i humilitatem ĩ paſſio
ne: ſudariũ vero laborẽ. Tertio corꝑale ſignificat linteũ
q̄ xp̃s erat pcinct⁹: ſudariũ laborem ĩ perſecutionib⁹. Ad
hoc palla ſuper calicem poſita aliquã. ſ. ſupiorem ei⁹ ptẽ
nõ totũ tegit. in quo dat̃ ĩtelligi ꝙ ſudariũ aliquam partẽ
capitis xp̃i tegebat ⁊ aliquã nõ: ſicut mos eſt iudeis face
re. q̄dam tamẽ eccleſie nõ habẽt niſi vnũ corporale ꝓ eo
ꝙ ĩ euãgelio legit̃ ꝙ ioſeph corpus ieſu ĩuoluit ĩ ſindone
mũda: nõ enĩ dixit ĩ ſindonib⁹ ĩ plurali. ⁊ hoc ad ſignificã
dũ ſacramẽti vnitatẽ: ⁊ ſignificat ſindonẽ: qua xp̃i corp⁹
fuit ĩuolutũ. ¶ Corporale aũt ideo remanet ſuper altare
vſq; poſt ſumptionẽ corporis ⁊ ſãguinis ⁊ eleuationẽ cali
cis de altari: q̄ linteamen ⁊ ſudariũ ĩ ſepulchro vſq; poſt
dñi reſurrectiõẽ remãſerunt. Preterea corporale rema
nens ꝓpter ſui albedinẽ oſtendit mũditiã mentis quam
ſemper habere dꝫ corp⁹ dñi ſumẽs. ¶ Sother papa. xx.
di. ſacratas: ſtatuit ne femine ſacrate vel moniales ſacra
vaſa: puta calicẽ vel patenã vel ſacras pallas ⁊ corporale
cõtingant. Ipſe tamẽ hꝰ ornamẽta altaris ⁊ miniſtrorũ
facere poſſũt: exemplo marie que talia fecit ⁊ texuit ĩ vſũ
miniſterij tabernaculi federis. Cõmuniter tamen palla
vocatur mũda mappa ſuper quã diſtendit̃ corporale. Et
dicit̃ palla eo ꝙ palliat vel abſcõdat ĩ ſe myſteriũ ſupra/
dictũ. Debet aũt altare duplici mappa operiri: ad dupli/
cẽ ſtolam mẽtis. ſ. ⁊ corporis deſignandũ.

¶ De oblatione ſacerdotis ⁊ de officio miniſtrorũ circa
illã: ⁊ de patena ⁊ de oblatõib⁹ ppl̃i ⁊ clericoꝝ. Rubrica.

Lotis igit̃ manib⁹ dyacon⁹ vel ſacerdos
miniſter extenſis manib⁹ mediante mũ
da toballia accipit man⁹ epiſcopi quaſi
iuuãs illũ de faldiſtorio ad ſurgẽdũ. quod
q̇dem fit non ad adiuuãdũ ſed potius ad
ꝓuocãdũ illũ. i. xp̃m quẽ ſignificat: ꝙ ſur/
gat ⁊ ꝓ populo oret. Iuxta illud. Exurge
dñe adiuua nos. Et iterũ. Exurge q̄ dormis. ⁊ ſic median/
te munda toballia ad notandũ ꝙ mediante mũdicia ma
nuũ. i. operoꝝ noſtroꝝ excitatur dñs ad adiuuandũ nos
apð patrẽ. Si aũt hoc ad ipſum pontificẽ xp̃i vicariũ re/
feratur: tũc dicendũ eſt ꝙ ipſe prouocat⁹ adiuuat̃ per mũ
diciam manuũ coꝝ pro q̇b⁹ orat: vt eius oratio efficax ha/
beatur. ¶ Rurſus xp̃s oĩa bona opera eccleſie pncipal̓r
operat̃: ſicut legit̃ ĩ Iſa. Omnia bona opera noſtra opera
tus es ĩ nobis dñe. cui⁹ locũ gerit epũs. Miniſter vero tãq;
ei⁹ famul⁹ ⁊ ei⁹ coadiutor typũ cooperantis eccleſie gerit:
q̄ ĩ ſuis operib⁹ xp̃i operantis miniſtra eſt ⁊ adiutrix: ſicut
dic̃ apoſtol⁹: Coadiutores enĩ dei ſum⁹. q̄ toballiam. i. de/
uotã reuerentiã adhibet: q̄ñ ſꝫ aplm̃. Non ſumus ſufficiẽ
tes aliq̇d cogitare a nob̃ q̄ſi ex nobis: ſꝫ ſufficiẽtia noſtra
ex deo eſt. Deĩde epiſcop⁹ vel ſacerdos igredit̃ ſanctuariũ
perueniens ad altare cõſecratũ. hic eſt xp̃s q̄ñ cenaculũ
grãde ſtratũ eſt ĩgreſſus cũ diſcipulis cenatur⁹: ⁊ eis corp⁹
ſuũ traditur⁹ vbi myſticam oblationem accepit a miſtris
iſinuãs illud qð Ioãnes euangeliſta deſcribit: Iohannes
ĩquit ante ſex. dies paſce venit ĩ bethaniã vbi laçar⁹ mor/
tuus fuerat quem ſuſcitauit ieſus: ⁊ fecerũt ei cenam: in q̃
martha miniſtrabat. ¶ Procedit aũt ad altare abſq; mi
tra ⁊ baculo ⁊ cum veſtib⁹ ſacris: put ĩ ſuis locis dictũ eſt.
Conſidera ergo ordinẽ. nam euangeliũ pcedit. fides ĩ ſim
bolo ſeq̇t̃. deĩde munera offerunt̃. neceſſe eſt enĩ primũ
audire: quõ ĩquit apoſtolus credẽt ſine predicante. deĩde
q̄s niſi recte crediderit mun⁹ deo acceptabile offerre non
poterit q̄ ſine fide ĩpoſſibile eſt deo placere. ¶ Hic ergo
de triplici oblationis genere dicẽdũ eſt. vꝫ. de oblatiõib⁹
ſacerdotis: miſtroꝝ ⁊ ppl̃i. Sacerdos itaq; pmo offert ſe
ipſũ. Offerenda etiã ſũt que ſũt dei deo. i. anime habẽtes
ſimilitudinẽ dei ĩpreſſã. Deĩde que ſũt ſacrificio neceſſa/
ria. ſ. panẽ vinũ ⁊ aquam ⁊ alia ſacrificio apta. ¶ Et nota
ꝙ ĩ vete. teſta. ponebant̃ ſup menſam tabernaculi. xij. pa/
nes açimi de ſimila mũdi valde. ⁊ ponebant̃ ſeni altrin ſe/
cus. ⁊ ſingulis ſupponebat̃ patena aurea: ⁊ ſup patenã pu
gillus thuris. Panes aũt iſti dicti ſunt ſacerdotales: quia
ſoli ſacerdotes eos d̓ altari ſublatos comedebãt: vel ſꝫ Io
ſephum q̄ dñs pceperat ꝙ ſoli ſacerdotes illos formarẽt
⁊ coquerent ⁊ ponerẽt ĩ menſa ⁊ tollerent: ipſi tamẽ hoc
nõ obſeruauerunt. Et ex his conuincit̃ ꝙ ſacerdotes de/
beant hoſtias facere per ſeipſos. Dicebant̃ etiam panes
ꝓpõnis q̄ poſiti erant ſuper menſam ꝓpoſitionis coram
domino in memoriã ſempiternã duodecĩ tribuũ filioꝝ
iſrael. Exo. xxv. c. vel porro poſiti. i. lõgo tempore poſiti. ſ. ꝑ
totam ebdomadã. Nam ĩ diluculo ſabbati recentes ⁊ ca
lidi imponebant̃ menſe ⁊ erãt ibi ĩmoti vſq; ad ſequens
ſabbatũ: ⁊ tũc ſubtrahebant̃. vel erãt ibi ĩ eternũ per ſuc/
ceſſionẽ ponendi in menſa. ¶ Hoſtia aũt formatur rotunda
q̄ domini eſt terra ⁊ plenitudo ei⁹: orbis terraꝝ ⁊ vniuer
ſi qui habitant in eo. S. di. quo iure: vt ipa ſui forma ſigni
ficet illum qui pncipio caret ⁊ fine: q̄uis ipſe ſit alpha ⁊ o
pncipium pncipians atq; finis. Apo. i. c. ¶ Rurſus cũ fi
gura rotunda formet̃ a puncto ad punctũ: per hoc innuit̃
ꝙ ab ipſo ſunt oĩa: ⁊ ad ipſũ oĩa retorquent̃: vnde. pſ. Ve
ritas tua in circuitu tuo. De hac figura dictum eſt in ꝓhe
mio ſecunde partis. de hoc etiam dicet̃ in ſexta particula

ſancti fuerūt: tamē tres ordīes fuerūt. ſ. legiſlator cū ſuis
imitatorib⁹. ⁊ pſalmiſta cum ſuis: ⁊ ꝓphete. Fuerūt nāq̄
aliqui aliq̄ doctrina legis cōtēti: fuerūt ēt aliq q cuz dauid
vel ad modū ipſi⁹ dn̄o pſalmos decātauerūt ante archaz
ei⁹. fuerūt ⁊ ꝓphete q̄b⁹ datū fuit corrigere populū doctri
na ⁊ ſapiētia ſibi a deo data ⁊ pdicere eis futura. Propter
hos tres ordines tres pſalmos dicim⁹: ⁊ q2 iſti ſeruierunt
trinitati cuz dilectōe ſpūali: ideo ad ſingulos dicim⁹. Glo
ria patri. cuz antiphona. Qui āt oēs pſalmos pme noctur
ne dicunt ſub vna antiphona: ⁊ oēs ſecunde nocturne ſub
trib⁹ hoc attēdunt: q2 ⁊ ſi illis q fuerūt tēpore legis natu
re reuelata fuerit aliquātulū veritas: illis tamē q fuerunt
ſub lege moyſi magis: ⁊ īde eis maior eſt exultatio: qd̄ no
rat antiphonaꝝ triplicatio. Preterea illis q fuerūt ſub le
ge nature ꝓmiſſa fuit hereditas. ſed his qui fuerūt ſub le
ge moyſi collata. ¶ Et nota q̄ ī pma diſtictione tempore
legis vigilauerūt ſacerdotes: vt Aaron cū docuit quos ex
primit pſalmiſta: Conſerua me. quoꝝ dn̄s pars fuit heredi
tatis ⁊ calicis. In ſecūda iudices. vt Gedeon: dum iudica
uit quos expmit pſalmiſta: Exaudi dn̄e iuſticiam meam:
quorū iudicium ꝓdijt de vultu oīpotētis: In tertia reges
vt Salomon: dum populū rexit quos īſinuat pſalmiſta:
Diligam te. quos dn̄s conſtituit ſuper gētes. In tertio ve
ro nocturno tres pſalmos dicim⁹ recolētes reſurrectionē
omniū illoꝝ q tēpore gratie ſiue ī nouo teſtamēto ī trib⁹
mundi partib⁹ ſcȝ Aſia: Africa: ⁊ Europa viguerunt ⁊ vi
gebunt. Et q2 tempore gr̄e maxime facta eſt reuelatio ⁊
īpletio veritatis: ideo pſalmi illi cantant̄ ſepi⁹ cuz antipho
nis habētib⁹ alleluia ad mai⁹ gaudiū deſignandū: put ple
nius in ſexta parte ſub natali dicetur. Hic etiā ē q̄ ī q̄buſ
dam eccleſijs ſemper ī omni tertio nocturno ſiue domini
cali ſiue feſtiuali lectiones ex nouo teſtamēto ſubijciunt̄
ſcȝ expoſitiones euangelioꝝ. ⁊ dicitur. Te deū laudam⁹
Et attēde quoniam ī pma diſtinctōe temporis gr̄e vigila
uerunt apoſtoli q exprimunt̄ ī pſalmo: Celi enarrant. q2 ī
oēm terram exiuit ſon⁹ eorum. In ſecūdo martyres quos
declarat pſalmiſta. Exaudiat te. q2 domin⁹ protexit eos ī
die tribulationis eoꝝ. In tertia confeſſores quos innuit
pſalmiſta: Dn̄e ī virtute. qui non ſunt fraudati voluntate
labioꝝ ſuoꝝ. Illud ergo intereſt iter duodecī pſalmos pri
mi nocturni q ſine antiphonis dn̄r: q2 non quilibet eorū
habet antiphonam: ⁊ tres pſalmos alioꝝ nocturnoꝝ q cū
antiphonis dn̄r: quod intereſt iter duodecim patriarchas
q peregrini erant ⁊ ſperabant hereditatem quam poſteri
eoꝝ poſſederūt: ⁊ eoꝝ poſteros qui terraz in partib⁹ eoꝝ
ꝓmiſſam hereditauerūt. Inter illos quoq̄ tres pſalmos
tertij nocturni q dicunt̄ cum antiphonis habentibus alle
luia: ⁊ illi ſecundi nocturni q dicūtur cuz antiphonis ſine
alleluia: illud intereſt qd̄ intereſt iter illos q habuerunt te
ſtamentū imitādū: ⁊ eos q habēt nō imitādū. maior nāq̄
eſt gloriatio noui q̄ veteris teſtamenti: ⁊ de preceptis q̄
de promiſſis. Premiſſi igitur tres nocturni ſunt illi tres
anni ficulnee quam dn̄s inutilē inuenit dicēs de illa. Dimit
te me vt ſuccidam. ⁊ reſponſum eſt ei. adhuc dimitte eam
hoc anno vt circūfodiam eam ⁊ mittam ſtercora. Canta
mus enim in prima nocturna vt recolentes facta patruz
qui ſub lege nature fuerunt nos inutiles inueniamur.
Cantamus etiam in ſecunda ⁊ tertia: vt recolentes facta
patrum qui ſub lege moſayca: ⁊ qui etiam ante nos fue
runt ſub lege gratie non inutiles inueniamur: ⁊ ſi inuti
les ſimus oportet q̄ pater noſter fodiat circa nos: dicēs
reducendo nobis ad memoriam mortem illorum quos
vidimus paulo ante florere. Fili vide q̄ fortis fuit il
le quam nobilis q̄ diues q̄ potens: ⁊ ecce ad momen
tum tranſiuit. oportet etiam vt ſtercora ponat: peccata
videlicet ante oculos noſtros ponendo: ⁊ ſi hoc non ha
bet effectum dicat: in proximo eſt q̄ dominus ad radi
cem arboris ſecurim ponet: ⁊ ſi te inutilez inueniet ī ignē
eternuz vbi perpetuo comburetis conijcier. Dicto de no
cturnis feſtiuitatum ⁊ dominicarum. nunc de nocturnis
ferialibus ſiue non ſolēniū dieꝝ pauca dicam⁹. Et q̄dē ī
illis dicim⁹ duodecī pſalmos: vt nos deo debere ſeruire ī
duodecī noctis horis oſ̄dam⁹: cuilibet hore vnū pſalmū
attribuentes cum non poſſumus iugiter deo ſeruire ꝓut

ſn prohemio dictum eſt. Olim quidem varij pſalmi cane
bātur. nam alij qnquagita: alij plures: alij pauciores dice/
bant: ſed angelo reuelāte patres cōuenerūt: vt duodecim
dicerent. q pſalmi bini ⁊ bini dr̄ ad notādū ꝙ ſine chari
tate q̄ ad minꝰ īter duos ꝯſiſtit laudes noſtre vel opa nr̄a
nihil pſunt. Jn qbuſdā tamē eccleſijs ī diebꝰ pfeſtis īter
duos pſalmos Gloria patri ⁊c̄: īterponit̄: ad notandū ꝙ
xp̄s eſt dei ⁊ hoīum mediator. Jn alijs vero eccleſijs duo
pſalmi ſub vna gloria terminant̄: ad notādū ꝙ laudes no
ſtre tūc deo accepte ſūt ſi ī charitate maneamꝰ: ⁊ ſic inter
duos pſalmos nihil īterponūt: q2 īter deū ⁊ ꝓximū ī q̄ꝝ
dilectōe charitas ꝑ ſe ꝯſiſtit medium nō habet. ⁊ ſꝫ hoc
ī duodecī pſalmis ſexies tm̄ glīa pr̄i dr̄: ſicut ſex ſūt mūdi
etates. Preterea ſicut hoīum a natiuitate vſq3 ī finem vi
te ſex etates nālīter accidunt. ita ī quotidiano nocturno
ſexies dr̄ Gloria patri: vt recolamꝰ q2 vſq3 in finē in dile/
ctione pſeuerare debemꝰ. ꝓpter eādē cāꝫ tūc ſex antipho
ne dr̄ q̄ qd ſignificēt ī ꝓhemio dcm̄ eſt: vel ꝓpter ſex ope
ra miſericordie que ſi obſeruauerimꝰ de tenebris huiꝰ no
ctis vl̄ mortis ad verā lucē ⁊ vitā ꝑueniemꝰ eternā. Tres
quoq3 lectiones que tūc dr̄ doctrinā electoꝝ triū tēpo
rum ſignificant. ⁊ cum ipſis īterpollate tria reſpōſoria di
cunt̄: ad notādū ꝙ qcqd electi ī tribꝰ tēporibꝰ docuerūt: ⁊
qcqd in tribꝰ etatibꝰ agimꝰ ad dn̄i trinitatē referimꝰ: ⁊ tri
nitatem ī fide ſpe ⁊ charitate glorificamꝰ. Reſpōſoria. n.
a reſpondēdo dicunt̄. Ad hoc tres lectōes dr̄: q2 dn̄s po
ſuit tres vigilias dicēs. Si in pma ſi ī ſecunda ſi in tertia
vigilia venerit: ⁊ ita inuenerit. beati ſunt ſerui illi. Que
tres vigilie tres etates deſignāt. ſ. pueritiam: iuuentutē:
⁊ ſenectutē: in qbus bene vigilando deū laudare debemꝰ
¶ Et nota ꝙ pſalmodia triū nocturnoꝝ tam dn̄icalium
q̄ ferialiū dicta vocat̄. Unde exo. c. 3. Uiam trium dieꝝ
ibimꝰ ī ſolitudīe. Sane Gre. ſeptiꝰ ꝯſtituit vt ī die reſur
rectōis vſq3 in ſabbatū ī albis: ⁊ ī die pēthecoſtes vſq3 ad
ſabbatū eiuſdē tres pſalmi tantū ad nocturnos treſq3 le/
ctiones dicant̄. Omnibꝰ vero alijs diebꝰ per totum annū
ſi feſtiuitas eſt nouē lectiones legant̄. Alijs vero diebꝰ. ſ.
ī ferijs duodecī pſalmi ⁊ tres lectiōes. Jn dn̄icis vero die/
bus exceptis dn̄icis paſche ⁊ penthecoſtes. decem ⁊ octo
pſalmi. ⁊. 9. lectiones dicant̄. Jlli aūt q ſingulis diebꝰ pter
hebdomadas paſche ⁊ pēthecoſtes tres tantū pſalmos ⁊
tres lectiones dicū t nō ex regula ſanctoꝝ patrū ſed ex ſa
ſtidio hoc facere cōprobant̄. Nocturnis finitis campane
pulſant̄ ⁊ Te deū laudamꝰ alta voce cantat̄: ad notandū
ꝙ manifeſte ⁊ mirifice eccleſia tēpore gratie laudat deū:
⁊ ad ſignandū ꝙ ſi bonis operibꝰ doctrine ſancte bene re
ſpōderimus ad celeſtē laudē cū angelis perueniemꝰ. can
tus quoq3 tunc alta voce factꝰ gaudiū mulieris d̄ dragma
perdita īuenta ſignificat. Et vero finis eiuſdē cantici ibi
per ſingulos dies ⁊c̄. ⁊ alij verſus ſeqūtes altius canunt̄:
ſignificat cōgratulationē vicinaꝝ quam mulieri propter
dragmam repertam fecerūt. Cōpulſatio vero campanaꝝ
cōuocatōem vicinarū repreſentat. Jn quibuſdam etiā ec
cleſijs luminaria accendunt̄. nā ⁊ mulier ipſa lucerna ac/
cenſa totam domū euertit. Hoc etiam ſignificat ꝙ eccle/
ſia catholica per xp̄m trahitur de īferno. Uel ip̄e hymnꝰ
futurū gaudiū ⁊ leticiā repſentat: quā eccleſia requeſcens
a laboribꝰ ſuis eſt ī die iudicij cōſecutura. ¶ Et eſt ſciēdū
ꝙ cū beatꝰ ambroſiꝰ beatū auguſtinū d̄ manicheis cōuer
ſum baptiçaſſet dixit. Te deū laudamꝰ. Auguſtinꝰ vero re
ſpondit. Te dn̄m cōfitemur. ⁊ illo dicēte. Te eternum pa
trem: ille reſpondit. Tibi omnes angeli ⁊c̄. ⁊ ſic totū illū
hymnū alternatim cōpoſuerunt. Poſt Te deū laudamꝰ:
vel quādo illud nō dicitur poſt oēs lectiones ⁊ reſponſo/
ria dicitur verſus a ſacerdote per quē excitat audientes
vt in d̄i laude permaneant. Et dr̄ voce magis demiſſa ad
notādū ꝙ nō ꝓdeſt clamor vocis niſi aſſit clamor cordis.
Uerꝝ beatꝰ Benedictꝰ aliter officiū noctis ordinauit nō
tamē diſſētiēs a premiſſa eccleſie ordīatione: vel illi ī ali
quo cōtradicēs: ſed ordini ſuo quoddā peculiare ꝯſtituēs
Jpſe nāq3 īſtituit ſemel dici. Deꝰ in adiutoriū meū īntende
⁊ ter Dn̄e labia mea aperies: ꝓpter reuerentiā vnitatis ⁊
trinitatis. Deīde pſalmū: Dn̄e qd multiplicati: eo ꝙ a ſō/
no ſurgens dicit in eo. Ego dormiui ⁊ ſomnū cepi ⁊c̄. dein
de ī pmo nocturno ſex pſalmos ⁊ q̄ttuor lectōes cum to/
tidem reſponſorijs cantari īſtituit: ⁊ totidē ī ſecūdo: per
hoc vitam cōtemplatiuam īnuens ⁊ actiuam. Senarius
enim pſalmorū numerꝰ vitam deſignat actiuā: in qua ſex
opera miſericordie cōuenit exerceri: ſi quis ad cōtempla
tiue vite perfectionē voluerit ꝑuenire: q̄ per quattuor euā
gelia deſignat̄: ⁊ per q̄ttuor lectiones ſimiliter figuratur.
q̄ternariꝰ qdē numerꝰ apud monachos quadratam ſtabi
litatem ⁊ euangelicā ī ſanctis exprimit: ſeu quadruplicē
ſenſū ſcripturaꝝ ꝓpter quadrigas aminadab. i. hiſtorialē
allegoricū: tropologicū: ⁊ anagogicū. Jn tertio v̄o noctur/
no tria cātica cantari īſtituit in laudē trinitatis a qua no/
bis vite perfectionem dari cum charitate credimꝰ ⁊ ſpera
mus. Cantant̄ aūt illa cātica cū alleluia qd̄ eſt cāticum ce
leſtis leticie: vt per hoc totam trinitatem eſſe dignā cele
ſti laude oſtēdat̄. ⁊ ad quā plene laudandam non ſufficit
laus humana. Quatuor v̄o lectōes d̄ euāgelio que ſequū
tur ſignificant ꝙ laudatores dei per q̄ttuor euāgeliſtarū
doctrinā debēt eſſe q̄ttuor v̄tutibꝰ īſigniti. per q̄ttuor ēt
reſpōſoria laudātiū allacritas deſignat̄. Sꝫ ne hoc bonū
agentes illud ſibi aſcribāt ſed totū dei laudi attribuant:
⁊ ſe illius ſeruos oſtēdant ſubiungit̄. Te deū laudamus.
poſtea legit̄ euāgeliū qd̄ ſignificat denariū. i. vitam eter/
nam que digne deū laudantibꝰ in fine reddet̄. ad qd̄ ſeqt̄
Amē. i. fiat nobis qd̄ ex euāgelio credimꝰ ⁊ ſperamꝰ. hym
nus vero qui ſequit̄. ſ. Te decet laus ⁊c̄. gaudium qd̄ ſan/
cti poſt laborem habēt de remuneratione denarij ſignifi
cat. Monachi aūt nūq3 nouē lectōes dicūt niſi ī exequijs
mortuoꝝ. vn̄ ⁊ in triduo an̄ paſcha. 9. dicūt q̄ſi exequias do
mini repūtātes. Ad laudes aūt īſtituit pſalmū illū Deus
miſereatur no. pmo abſq3 antiphona decantari: tum q2 te
nebras fatiſcētibꝰ diluculo matutine laudes cantant̄: idō ī
eo dr̄. Jlluminet vultū ſuū ſuper nos: tum q2 hoc officiū
ad dn̄i ꝑtinet reſurrectōē ꝑ quā accipimꝰ miſericordiā
⁊ benedictōem. ¶ Rurſus monachi dn̄icam orōnē ī vo
ce dicunt ꝑꝑ ſimplices q eā nō ītelligūt aut obliuiſcunt̄:
⁊ ꝓpter verſutos q ſpinā odij gerētes ī corde frēm odiūt:
nolentes dicere. Dimitte nobis debita noſtra ſicut ⁊ nos
dimittimꝰ debitoribꝰ nr̄is. Hoc igr̄ dicere cōpellūt̄ in pu
blico vt purgētur ab illo vicio tam ī fine noctis. i. ī matuti
nis laudibꝰ quā ī fine diei. i. ī veſpis vt noctē aut diē n̄ ꝑtrā
ſeāt ſine recōciliatiōe fr̄is. Jn alijs āt horis n̄ dicūt ī voce
q2 ſepe cōtīgit fr̄i frē iraſci ⁊ q̄dā furoris īpetu cōmoueri
q licet ſtatī animū nō cohibeat expectādꝰ tamē eſt ad ve/
niam. ſufficit enī ſi ſol non oriat̄ ſuper iracūdiam eiꝰ. Di/
cunt etiam quatuor ſolūmō pſalmos ad veſpas: ꝑut ī ſex
ta ꝑte ſub ti. de tp̄e aduentꝰ dicet̄. Nō vacat ēt a myſterio
ꝙ mōachi ſe toto corpe ab oriēte ī occidētē gyrāt ſignifi
cantes deū vbiq3 adorādū fore q̄ſi vbiq3 p̄ūtē: vl̄ q2 rōna
bili motu ab ortu nr̄e natiuitatis vſq3 ad occaſū mortis cū
ſeq tenemur: ſic ⁊ firmamētū nālr̄ v̄tit̄ ab oriēte ī occidē
tē. hoc ēt quedā deſignāt eccleſie ī qbꝰ dicentes: Gloria pa
tri ſe iclināt ad oriētē. ⁊ ſubdētes Sicut erat ⁊c̄. ſe vertūt
ī occidentem. deuotio nāq3 in diuinis officijs eſt ſeruan/
da. Quia vero monachorum officium ad nos non perti
net ad preſens de illo ſufficiat nobis ad hoc vſq3 dixiſſe.

¶ Ultimo notā ꝙ monachoꝝ ordo figurā cherubin: qui
īter angeloꝝ ordines eximiꝰ ꝑdicaṫ: habere ꝓbaṫ. Naȝ
ſicꝰ cherubī ita ⁊ monachi ſex alis velanṫ dicēte ſcriptura.
Sex ale vni ⁊ ſex ale alteri. due qdē in caputio quo caput
tegitur demōſtranṫ. illud vero tunice quod brachys extē
ditur ſiue dextra ⁊ leua. alias duas dicimus eſſe alas: ⁊ añ
⁊ retro alias duas: ⁊ ſic illud quo corpꝰ tegitur ſex alarum
numeꝝ īplere aſſeriṫ. Habitꝰ quoqȝ eoꝝ habitū imitatur
ſanctoꝝ. De helia nāqȝ legiṫ. vir pilloſus ⁊ zona pellicia
accīctꝰ renibꝰ. ⁊ de ipo ⁊ de illis ſilibꝰ diċ apoſtolus. Circu
ierūt ī melotis ⁊ ī pellibꝰ caprīs. ⁊ de Johāne baptiſta īqt
euāgeliſta: Zona pellicea circa lūbos. Ad huc cuculla mo
nachoꝝ ſūpta eſt a collobys apoſtoloꝝ que vt dalmatica
formabāṫ: ⁊ ī eiſ forma crucis preferebatur qꝛ illi ſe vicys
⁊ cōcupiſcētys crucifigebāt. eiꝰ nigredo eſt mūdi cōtēptꝰ.
lōgitudo pſeuerātia ī bono.

Unt nōnulli q eſdre ordinem ſequētes
de quo ī pncipio huiꝰ ptl dcm̄ eſt: matu
tinas laudes a nocturnis diuidunt: illas
fore per ſe officiū aſſerētes ⁊ mane auro
ra rutilante illas dicētes prout in titulo
proximo dictū eſt. Tali nāqȝ hora xp̄s vi
ctor a mortuis reſurrexit. Unde marcꝰ
Surgens ieſus mane pma ſabbati vel ſaltē eiꝰ reſurrectio
ī matutino notificata eſt. Tali ēt hora ſuper mare ambu
lauit. Merito ergo ī hac hora laudādus eſt vt ipe qui nos
per ſuā ſcāȝ reſurrectōeȝ ſalutauit ſupra mare huiꝰ ſeculi
nos ire faciat ſicco veſtigio ſicut petrū. Hac ēt hora mū
dū ⁊ angelos creauit: q ſtatī poſt creationem ſuam canti
co laudes creatori ſuo iubilauerūt. Laudes ergo matuti
nas rubeſcēte aurora dicūt. ſ. ī quarta vigilia quaȝ lucifer
totaȝ illuſtrabat. Qui ⁊ matutinas dr̄ a mane quod eſt lu
men qꝛ nobis mane lumē reducit ad coronā gl'ie obtinēdā:
iuxta illud. Non ſit vobis vanū mane ſurgere ante lucē:
qꝛ pmiſit dn̄s coronā vigilantibꝰ. qd aūt ſignificet tēpus
matutine laudis dcm̄ eſt in pncipio pcedentis tractatus.
Dr̄ aūt laudes qꝛ illud officiū laudeȝ precipue ſonat di
uinam quam ei facimꝰ pro eo ꝙ a tenebris erroris nos ad
lucem ſeu viā veritatis reduxit ⁊ ad tēptationes dyaboli
repellendas. vnde yſa. 25. Expergiſcimi ⁊ laudate q habi
tatis ī puluere: qꝛ ros lucis eſt. De hoc matutinali offō di
cit ꝓpheta. Ad te de luce vigilo deꝰ. ¶ Hanc matutinū ⁊
veſpertinū offm̄ ideo canimus quaſi domino iuge ſacrifi
cium offeramꝰ. Offerebant enim domino in vete. teſta. iu
ge ſacrificium. id eſt mane ⁊ veſpere: ſed veſptinuȝ digniꝰ
erat matutino: qꝛ piguius vt iudei dicunt ꝓut ſub veſpe
ris diceṫ. Nos aūt per matutinū officium itelligimꝰ legē
per veſptinū ſaluatoris paſſionē q ī veſpera mūdi. ſ. in ſex
ta etate obtulit ſe deo patri pro nobis. Unde elauatio ma
nuum meaꝝ ſacrificiū veſpertinū. Reſpondet aūt hoc ſa
crificiū illi: qꝛ ibi pſalmi ponunṫ ſub qnqȝ diſtictionibus
per Gl'ia patri ſicut ⁊ hic. Iteȝ ibi ⁊ hic hymnꝰ cū lectione
⁊ verſiculo. ibi etiā cāticū marie ⁊ hic cāticū zacharie. Or
vero officium veſpertinum digniꝰ ē propter rem digniorē
quam ſignificat: oīa ī maioribꝰ ſolēnitatibꝰ: ⁊ ī veſpertino
ſolēniꝰ cātamus qȝ ī matutino: reſpōſoriū īterponētes. Iſi
dorus dicit in li. ethimologiarū ꝙ officiū matutinū eſt in
lucis initio ſic appellatum a ſtella lucifero que oriṫ mane
īchoante vt dcm̄ eſt. Hoc officiū laudū plenū eſt laudibꝰ:
prout dcm̄ ē ī pncipio precedētis tituli: ad quas ſacerdos
per verſū quē pmittit excitat auditores q eſt quādoqȝ In
matutinis meditabor ī te. quādoqȝ Excelſus ſuper oēs gē
tes dn̄s. vel aliꝰ. ⁊ deinde diuinū īplorat auxilium dicens.
Deꝰ ī adiutoriū meū itēde. poſtmodū chorus ad idem fe
ſtinās auxiliū ī ſumma trinitate glorificat deū dicēs. Do
mine ad adiuuādū me feſtina. gloria patri. deīde antipho
na īchoatur. Circa qđ notādū eſt ꝙ quedaȝ eccleſie in do
minicis que ſūt a pma dn̄ica poſt epiphaniā vſqȝ ad ſeptua
geſimā ⁊ ab octaua pēthecoſtes vſqȝ ad aduentū domini
canūt ad laudes alleluia loco antiphone ꝓ oībꝰ pſalmis:
tum qꝛ vt pmiſſū eſt hoc officiū laudibꝰ eſt plenū. alleluia
enī laus eſt angelica. tū qꝛ vt dominici dies reſurrectōeȝ
dn̄i repn̄tant. Sicut ergo in tēpore paſchali qđ eſt reſur
rectionis alleluia multiplicaṫ: ſic merito ⁊ in eis dȝ multi
plicari. Et eſt attēdēduȝ ꝙ ī dominicis que ſūt ab octaua
epiphanie vſqȝ ad ſeptuageſimā concinunt alleluia: iuxta
cantū quarūdā antiphonaꝝ ad natiuitatē dn̄i pertinētiū
ī dn̄icis vero que ſunt ab octaua penthecoſtes vſqȝ ad ad
uentum cātant alleluia iuxta cantum ferialem antipho
naruȝ que dr̄ ad Bn̄dictus: ⁊ de ipo ſumuntur. Quia igr̄
ī ſingulis dominicis pro varietate antiphonarum ipſarū
etiam cantus in alleluia variantur. ideo iuxta breuitateȝ
vel prolixitatem cuiuſlibet antiphone iuxta cuius cantū
caniṫ multiplicaṫ vl' minuiṫ ī ſingulis dn̄icis numerꝰ alle
luia. Adhuc iō certꝰ numerꝰ ī alleluia nō pfinitur quoniā
deuote anime certus numerꝰ vel modꝰ in laudādo deum
prefigi non poteſt. ¶ In alys vero eccleſys paſſim ī oībꝰ
dominicī ad pmos tres pſalmos loco ātiphone qſi ad ito
nandum pſalmos bis cōcinunt alleluia: ad īſinuandū ꝙ
in dei laudem ex charitatꝭ feruore pcedūt. nec cantant il
lud iuxta alicuius antiphone cantū: ad notandū ꝙ iuxta
apoſtolū charitas nō emulatur. Ad pſalmum vero Bene
dicite: cantant antiphonaȝ tres pueri cui nec iubilus nec
alleluia ſubycitur ꝓpter rationes infra ſcriptas. Ad pſal
mum vero. Laudate dominum ter dicunt loco antipho
ne alleluia: non iuxta alicuius antiphone cantū: ſed dūta
xat ad ichoandum pſalmū. Ter aūt diciṫ. pmo qꝛ reſpon
det tribus pſalmis ſub ipo pſalmo Laudate cōtentis. ſe
cundo ꝓpter triplicem ordinem iuſtorū deū laudantiū.
de quo īfra diceṫ. ¶ Porro in laudibꝰ matutīnis quinqȝ
pſalmi dn̄r: vt qnqȝ ſenſuū reparatio noteṫ ⁊ ꝓpter quīqȝ
ſtatus eccleſie. Primꝰ ps eſt. Dominus regnauit in quo
laudaṫ deus q firmauit orbem terre. ſ. in fide ⁊ reſurrecti
one. ideo hic ps pertinet ad regnū chriſti. Secundus eſt
Iubilate qui pertinet ad confeſſores. vnde ibi dicitur. In
troite portas eius ī cōfeſſione: ⁊ recte incipit a iubilo qm̄
cōfeſſio valde placet deo. Tertius eſt Deꝰ deꝰ meꝰ ⁊c. qui
ſignificat ſtatū martyrū q ſitiunt ad dominum. vnde dr̄
ibi: Sitiuit aīa mea. ⁊ quoniam tota noſtra ſitis: ⁊ inten
tio eſſe debet in trinitate ⁊ ad trinitatem: ideo ſequiṫ ps
Deus miſereatur noſtri: ī quo tota trinitas notatur dum
ibi dicitur. Benedicat nos deus deus noſter ⁊c. Diciṫ enī
ter deus propter patrem ⁊ filium ⁊ ſpm̄ ſanctuȝ. Quartus
eſt canticum trium puerorum. Benedicite. quod eſt Da
nielis. capitulo. 3. ſignificans ſtatum antichriſti vt iā dice
tur. ⁊ in fine huius pſalmi non dicitur Gloria patri. Pri
mo qꝛ propter confeſſioneȝ fidei proiecti ſunt tres pueri
ī caminum ignis. in quo facto maxīe deo ⁊ trinitati dero
gatum eſt. Secundo quia vltimus verſus illius pſalmi
idem dicit quod gloria patri: ⁊ in diuinis ſcripturis nihil
debet ſuperuacuum eſſe. Tertio quia in ipſo pſalmo di
ſtincte tota trinitas notificatur ⁊ laudatur deus in crea
turis. ¶ Rurſus dum pſalmus iſte dicitur nec ſedere
nec genua flectere debemꝰ ſicut dr̄ ſub ſabbato quattuor
tempoꝝ pme ebdomade quadrageſime. Quintus pſal
mus. Laudate dominū. in q̄ ſtatꝰ ille notaṫ qn̄ poſt mor
tem antichriſti cōuertenṫ iudei vt iam diceṫ. ⁊ in fine eiꝰ
dicitur Gloria patri. ad oſtendenduȝ ꝙ per bonā opatio
nem ſociabimur angelis qui inceſſanter deum laudant.
¶ Poteſt etiam dici ꝙ in laudibꝰ octo pſalmi dicuntur.

q̄ꝛ officiū iſtud myſtice recolit ſtatū eccleſie ab initio apo
ſtolice ſtabilitat̄ vſq̧ ad ꝑfectionē electoꝝ q̄ i fine mūdi
futuri ſunt. ſub quo ſtatu octo ordines eccleſie ſiue electo
rū z i eccleſia ſancta per baptiſmū ſaluati reperiunt̄: ſicut
in archa noe octo aīe illos ſignificantes: per eam ſaluate
ſunt. Per diluuiū enī baptiſm⁹. per archā vero eccleſia ſi
gnificat̄. ¶ Prim⁹ ordo fuit eccleſie ꝑmitiue i iudaico po
pulo ꝯuerſantis que per xp̄i predicatōe z reformata ⁊ edi/
ficata eſt: ſicut monſtrat ille pm⁹ pſalm⁹. Domin⁹ regna
uit. i pmo ei⁹ verſu vbi de ſaluatoris regno ⁊ ipſi⁹ agitur po
teſtate. Jn ſecūdo verſu agit̄ de fundatione eccleſie que
tūc cepit fieri ſuper illō fūdamētū qd̄ eſt xp̄s iuxta ap̄lz.
de quo etiam fundamento in ti. eiuſdem partis ſupra dr̄.
Cantat̄ ergo hic pſalm⁹ in laudib⁹. q̄ cōtinet laudes xp̄i.
¶ Secūd⁹ ordo fuit ꝑmitiue eccleſie itrantis ad gentes
per ꝑdicationē dn̄i ⁊ apoſtoloꝝ monētiū omnē terram. i.
oēm gentē ad iubilandū deo: qd̄ mōſtrat ſcd̄s pſalm⁹. Ju
bilate deo oīs terra. ¶ Terti⁹ ordo fuit credentis gentili
tatis. quam terti⁹ pſalm⁹. De⁹ de⁹ me⁹. demōſtrat offerre
gr̄as ⁊ beniuolentiā apoſtoloꝝ vocationi. ¶ Quart⁹ erit
reſipiſcentis iudaici ppl'i per enoch ⁊ heliam cōuerſi quē
ille quart⁹ pſalm⁹. De⁹ miſereat̄ noſtri. mōſtrat ad deum
reuerſū poſcere miſericordiā ei⁹: ⁊ tunc gaudebunt ſe co/
gnoſcere viā dei quā in gentib⁹ eſſe cognoſcent. ¶ Quin
tus erit eoꝝ q̄ futuri ſunt ſub tēpore antixp̄i cui⁹ figuram
ꝑceſſit nabuchodonoſor q̄ lz tribulauerit ſanctos vtriuſq̧
populi: non tamē deſiſtent bn̄dicere deū ad iſtar triū pue
rorum quos deus liberauit de camino ignis ardentis q̄ꝑ
illud gn̄tū canticū. Benedicite. recoluntur. eo enī tempo
re iuſti purgabunt̄ velut i camino ignis: non tamē vrent̄
ſed ibi accipient formam auri. Unde Johs. in Apoca. vi/
dit pedes ei⁹ ſimiles auricalco ſicut in camino ardēti. vn̄
rite ſequitur ille pſalmus. ⁊ ꝑpter tribulationē quam de/
ſignat: antiphona illius fine alleluia: ⁊ ipſe ſine gloria pr̄i
cantat̄. Hymnus autem ipſe tres habet diſtinctiones. Jn
pma inuitant̄ ſuperiores creature ad laudem creatoris
.ſ. q̄ ſunt ſupra celū. que in celo. ⁊ que i aere. Jn ſcd̄a iuitā
tur ad hoc creature terrene ⁊ que mouent̄ i aquis. Jn ter
tia iuitantur oēs ſp̄us ⁊ anime: vt cū omni creatura dn̄o
bn̄dicam⁹. q̄ꝛ ſicut tres pueri nabuchodonoſor ⁊ caminū
ignis: ſic nos dyabolū ⁊ iferni icēdiū euaſim⁹. Ceteꝝ hoc
canticū bene conuenit diei dn̄ico ⁊ cuilibet feſtiuo: quia
in pma die dn̄s vniuerſa creauit: ⁊ per ſuam reſurrectiōez
poſtmodū inouauit. ideoq̧ i ea die ⁊ in feſtis que reſurre
ctionē dn̄icā imitant̄ dr̄. i quo die creature ad creatoris
laudē iuitant̄. Dicē etiā eſt q̄ eedē laudes ſunt in dn̄icis ⁊
feſtiuitatib⁹ ſctoꝝ ⁊ in tp̄e paſchali: q̄ꝛ repn̄tant gaudia
reſurrectionis xp̄i ⁊ noſtre. ¶ Sext⁹ ſeptim⁹ ⁊ octau⁹ erit
eoꝝ q̄ vniuerſaliter ex trib⁹ mūdi partib⁹. ſ. ex Aſia Affri
ca ⁊ Europa cōuertēdi ⁊ colligēdi ſunt: q̄ poſt antixp̄i per
ſecutionē ⁊ ei⁹ mortē maiore pace fruent̄ vſq̧ ad diē iudi
cij q̄̄ nūc habeat eccleſia. tunc enī erit ſenect⁹ i miſericor
dia vberi: in qua gēte triplex ordo iuſtoꝝ. ſ. coniugati: con
tinentes ⁊ virgines: quos Job Noe ⁊ Daniel exprimunt: ⁊
generaliter vniuerſi ſancti q̄bus aureola debet̄: qui in tri
bus mūdi ꝑtibus de tribulatione euadēt regnaturi cum
ſponſo eccleſie celebrabūt laudes dei que cōtinent̄ in ill'
trib⁹ pſalmis. ſ. Laudate dn̄m de celis. Cantate domino
cāticū nouū. ⁊ Laudate dn̄m in ſanctis ei⁹. ¶ Queritur
autē quare hi tres pſalmi ſub vna antiphōa ⁊ etiā ſub vno
gloria patri dr̄. Reſpōd̄ ideo q̄ꝛ ꝑmiſſi ſext⁹ ſeptim⁹ ⁊
octau⁹ ordīes electoꝝ q̄ ex dc̄is trib⁹ mūdi ꝑtib⁹ colligūt̄
ſine aliquo īteruallo ſimul erūt ⁊ pariter glorificabuntur.
Cōtinēt ēt ipſi tres pſalmi triūphū de mūdo: carne: ⁊ dya
bolo. ⁊ quoniā vnū ſine alio nō habet̄: ideo merito cōiun
gimur. ¶ Queritur ēt quare ꝑmiſſi duo pſalmi. ſ. Deus
deus me⁹. ⁊ De⁹ miſereat̄ noſtri: combinantur: ⁊ ſub vno
gloria patri: ⁊ ſub vna antiphona dicunt̄. Ad quod q̄dru/
plex eſt reſpōſio. Primo q̄ꝛ pſalm⁹ De⁹ de⁹ me⁹: ſignificat
ſitiz ad deū: in pſalmo De⁹ miſereat̄ noſtri: trinitas notat̄
vt ſupra. Ad ſignificādū igr̄ ſiti ⁊ deſideriū cōtinuum ad
deū hoc fit. Secūdo ad notādū q̄ ante perſecutionē anti
xp̄i populus credētis gentilitatiq̧ recolit̄ ꝑ pſalmū Deus
de⁹ me⁹: ⁊ iudaic⁹ pp̄lus reſipiſcēs q̄ recolit̄ ꝑ pſalmū De⁹
miſereat̄ noſtri: vnū erūt i fide: ⁊ poſtq̄ hi cōiuncti erunt
veniet ātixp̄i tribulatio vt ꝑmiſſum eſt. Tertio q̄ꝛ ꝑmus
pſalm⁹ illoꝝ ſignificat dilectōez dei. vnde i bi dr̄. Sitiuit i
te aīa mea ⁊c̄. Secūd⁹ vero dilectōez ꝓximi. vn̄ ibi dr̄. Ut
cognoſcam⁹ i oīb⁹ gētib⁹ ſalutare tuū: que ita cōnexe ſunt
vt vna ſine altera i xp̄iana poſſeſſiōe n̄ habeat̄. Quarto q̄ꝛ
gr̄a quam eccleſia i pmo pſalmo ſitire videt̄: i ſecūdo col/
lata eē mōſtrat̄: vnde ad grāꝝ actionē iuitat̄ cū dr̄ ibi: Cō
fiteantur tibi populi de⁹ ⁊c̄. ¶ Rurſus ideo i fine ipſius
pſalmi. De⁹ de⁹ meus: nō dr̄ gloria patri q̄ꝛ in eo agitur de
miſeria humāi generis: vnde ibi dr̄: Sitiuit aīa mea. Nō
enī oēs pſalmi de miſerijs: multiſq̧ alijs aduerſitatibus
tractātes laudāt illū pro illis quod tamē deberent. ſed ſe
quēti pſalmo. ſ. De⁹ miſereatur noſtri ſubijcit̄ Gloria pr̄i.
q̄ꝛ in eo agitur de miſericordia dei: per quam generi hūa/
no bona cōferunt̄ ⁊ mala remouētur. Ceteꝝ predicti duo
pſalmi ⁊ pſalm⁹ Laudate dn̄m: nūq̄ variant̄: ad deſignā
dum q̄ ſine fide ⁊ deſiderio trinitat̄ que in ꝑmiſſis duo/
bus pſalmis vnitis exꝑmunt̄. ⁊ ſine laude dei que ꝑ pſal/
mū Laudate deſignatur nūq̄ xp̄iani eē debem⁹. ¶ Que
ritur ēt quare eccl'ia i pſalmo illo. Jubilate. ad iubilandū
nos inuitat: ⁊ tamē ipſa nō iubilat. Ad qd̄ dici pōt q̄ officiū
laudū dn̄i reſurrectionē ſignificat: que iam cōpleta in ca
pite. ſ. in xp̄o: adhuc ē i mēbris iplēda. Ad notādū igr̄ q̄ iā
i parte ipleta eſt nō dr̄ iubilus i fine antiphonaꝝ: preſerti
illaꝝ que dn̄r ſuper pſalmos in q̄b⁹ fit mentio de reſurre
ctione. eſt enim iubilus cantus ſpe glorie conceptus. Q̄ꝛ
vero reſurrectio adhuc in membris implenda eſt: ideo in
quibuſdam antiphonis iubilus dicitur. Unde ⁊ in tempo
re paſchali i verſiculis ⁊ reſponſorijs ⁊ in alleluia: iubila
mus propter noſtrum reſurrectionem quam ſperamus:
quam quia non videmus nec adhuc plene exprimere poſ/
ſumus: ideo per vocem non ſignificatiuam iubilam⁹. Jn
antiphonis ergo non fit iubilus propter reſurrectionem
domini que impleta eſt: nec etiam in antiphonis laudū:
in quarum pſalmis fit mentio de reſurrectiōe domini vt
in tribus primis pſalmis: nec i fine antiphone quarti pſal
mi q̄ꝛ nabuchodonoſor vidēs tres pueros i camino ignis
poſitos vidit ⁊ quartum cum eis: ſcilicet chriſtum eos cō
ſolantem. Qui enim ſunt in tribulatione hic ſolum orant
ne deficiant ⁊ potius eſt tunc locus timendi quam ſperan
di: ideoq̧ in fine antiphone huius pſalmi non dicitur iubi
lus preſertim quia in tribulatione ſanctorum gloria dei
non apparet. Sz in fine antiphone que dicitur ſuper pſal
mum Laudate dominum: dicitur iubilus: quia in illo nō
fit mentio de reſurrectione ſed de ſpe glorie quam expe/
ctamus ex qua eſt iubilus. De hoc iubilo dictum eſt i pro
hemio huius partis. ¶ Porro primus pſalmus laudum
in dominicis. ſ. Dominus regnauit. qui eſt pſalmus leticie
commutatur in ferijs in pſalmū. Miſerere mei deus.
qui eſt pſalmus penitentialis. Circa quod notandū eſt q̄
dies dominici ⁊ feſtiui recolunt reſurrectionem ſanctorū
qui fuerunt ab initio: ⁊ erunt vſq̧ in finem ſeculi. Unde
in dominicalibus ⁊ in feſtiuis laudibus recolentes regnū
domini: poſt reſurrectionem eius a morte corporis: ſiue
gloriam reſurrectionis electorum canimus pſalmum.

Dominus regnauit: qui tamen dicitur in dominicis ad
primam a ſeptuageſima vſq₃ ad paſcha prout ibi dicetur.
Dies vero feriales recolunt peregrinationem ipſorū ſan/
ctorum ⁊ penitentiā: ⁊ ideo ī ferialibus laudibus dicim⁹
primum ps. ſ. Miſerere mei de⁹. recolētes noſtram reſurre
ctionē a morte aīarū ꝑ penitētiā: ſiue electoꝝ ꝑegriatōeꝫ
⁊ penitētiā ſiue cōuerſionē. Qꝛ enī iudei ad petri predica
tionē cōpuncti corde ⁊ cōuerſi illuꝫ frequētabāt: īde iole
uirysus: vt ⁊ nos q de gentili errore cōuerſi ſumus: illū in
officiys frequētem⁹. quaten⁹ ad cōuerſionē ⁊ penitentiaꝫ
ꝓuocemur ꝑ quam reſurgere valeam⁹: de hoc etiam pſal
mo ſub p̄ma dicet̄. Adhuc loco ſecūdi. ps. ſ. Jubilate q in
dn̄icis ⁊ feſtiuis dieb⁹ dr̄ ſex ps. ī ſex feriys dnr̄. quia ſicut
p̄mitiua eccleſia ſanctorū p̄dicatōe hereditatē accepit. ⁊
poſt ad gentes intrauit: ſic ⁊ gentilitas credidit. ⁊ ſicut iu
daicus populus ſanctorum predicatione reſipiſcet in fi. ⁊
q ſub tēpore antixp̄i futuri ſūt: perſecutōem ⁊ tribulatio/
nem euadent: ⁊ populi poſt ei⁹ p̄dicationē ex trib⁹ mundi
partib⁹ colligent̄: vt premiſſū eſt: ita ⁊ ī loco pſalmi. Jubi
late. q ſanctorū predicationem cōtinet: dr̄ ī ſecunda feria
ps. Uerba mea qui eſt vox eccleſie ad hereditatē dn̄i vo
cate. Jn ſeptuageſima vero ps. Cōfitemini: ꝓut ibi dicet̄.
Et ī tertia feria ps. Judica me de⁹: q recolit quando p̄mi
tiua eccleſia ītrauit ad gentes. Et ī quarta feria ps. Te de
cet. q cantat̄ ī figura gentiuꝫ que ab idolis conuerſe ſunt
ad deū. Et ī qnta feria ps. Dn̄e refugium: q ſic ītitulatur.
Oratio moyſi hoīs dei ꝯgruens recipiſcentie iudeorum.
Et ī ſexta feria ps. Dn̄e exaudi orōnem meam: quem Da
uid cantauit quādo fili⁹ ſu⁹ eū perſequebat̄: ꝑſecutioneꝫ
antixp̄i ſignificans. Et ſabbato ps. Bonū eſt confiteri do
mino: q ſic ītitulat̄. ps Cantici ī die ſabbati. i. ī die q̄etis: fi
gurās ſanctos a trib⁹ mūdi partib⁹ collectos poſt antixp̄i
perſecutionem fore īquiete manſuros ⁊ domino confite
ri ⁊ pſallere. Premiſſi ḡ ſex pſalmi ideo ita ordinant̄ vt in
eis notari poſſit ordo xp̄iane ꝯuerſiōis. Uez loco pſalmi
Benedicite ſex cantica in ſex feriys dicunt̄: qꝛ ſicut ps il
le continet gratiarū actiones triū pueroꝝ: ita ⁊ in canticl
continent̄ grārum actiones electorum. Talis enī eſt dif
ferentia īter canticum ⁊ pſalmū: qualis inter bonā opera
tionem ⁊ grāꝝ actionē. Moyſes autē legit̄ p̄m⁹ īſtituiſſe
cantica quādo pharao ſubmerſus eſt: deīde delbora non
ignobilis femina ī libro iudicū. ꝑoſtea viri ⁊ femine. Can/
ticum eſt vox humana. pſalm⁹ vero eſt qō cantat̄ ad pſal
terium. Jtē pſalm⁹ demonſtrat opera electoꝝ illi⁹ ordis
quem ſignificat: acta poſt conuerſionē. canticū vero oſtē
dit laudem dei ꝑ eiſdē operib⁹. De canticl dr̄ ī ſexta par/
te ſub ſabbato ſcō. Ruſus ideo ꝑ ſingulos dies feriales
ſeptimane ſcōs ⁊ qnt⁹ pſalm⁹ mutant̄: qꝛ ſex pſalmi ⁊ ſex
cantica que per ſex dies ſeptimane cōmutant̄: concordāt
ī ſignificatōib⁹ octo pſalmis q cātant̄ ī matutino dn̄icali:
ſeu octo ordīb⁹ electoꝝ de qb⁹ p̄miſſū eſt. Non īcongrue
igr̄ de die ī diē ordinati canunt̄: quēadmodū ⁊ pſalmi do
minical̄ matutī canunt̄: ſeu quēadmodū ordīes electoꝝ
qb⁹ cōcordāt numerant̄ vt per eos electoꝝ ordīes ī nouo
teſtamēto de tp̄e ī tēp⁹ ſic ordinati fuiſſe oſtendant̄. Pſal
mus vō. De⁹ de⁹ me⁹: ⁊ Laudate: nūq̄ꝫ ꝯmutant̄ nec p̄ter
mittunt̄: qꝛ nullū fuit tēpus nec erit quo aīe iuſtorum nō
ſitiant ad deū fontē viuū: ⁊ quo nō laudēt dn̄m in excel/
ſis. ¶ Ut autē hec clari⁹ pateāt notandū eſt ꝙ qlibet di
ctorum ſex pſalmorum habet ī ſe hoc vocabulū mane vl̄
eq̄pollens. Mane aūt ī ſex diuiditur. ſ. ī mane tēporis: ī ma
ne pectoris: ī mane noſtre redemptōis: ī mane hoīs: in ma
ne eternitatis ⁊ ī mane mundialis proſperitatis. Mane tē
poris eſt initium ⁊ fundamētū fidei: de quo dictum eſt.
Et factū eſt veſpere ⁊ mane dies vnus. Mane pectoris ē
initium grē cum. ſ. gratia īcipit lucere in corde. vn̄. Emit/
te lucem tuam: ⁊ mane exaudies vocem meam. Mane
noſtre redemptionis ē matutinū tempus quo dn̄s noſter
ſurrexit vel ei⁹ reſurrectio īnotuit. Unde. Exit⁹ matutini
⁊ veſpere delectabilis. Mane hoīs eſt pueritia ei⁹ vel ado
leſcentia ī qua viret ⁊ floret. Unde Mane ſic̄ herba tran
ſeat mane flor. ⁊ trāſe. veſp̄e decidat īduret ⁊ areſcat. Se
pe āt eſt ꝙ hō mane pueritie trāſeat. i. moriatur. Si vero
cōtingat eū venire ad mane adoleſcētie ī quo viret ⁊ flo/
ret ſepe eſt ꝙ ⁊ tūc tranſit. ꝙ ſi forte eū ꝯtingat venire ad
veſperā ſenectutis: tūc abſq₃ dubio ī mortē ꝯcidit: īdurat̄
vt cadauer ⁊ areſcit in puluere. Mane eternitatis ē initiū
eterne glorie. Unde. Auditā fac mihi mane miſericordiā
tuaꝫ. i. vocē miſericordie tue. ſ. Uenite benedicti ⁊c̄. Ma
ne mundialis ꝓſperitatis eſt ipſa ꝓſperitas. vnde Ad an/
nunciandum mane miſericordiam tuā ⁊c̄. Penitus ergo
ſollicitus de aīa ſua mane tēporis ſurgat ad orationem vt
poſſit dicere. Mane aſtabo tibi ⁊ videbo. mane exaudies
vocē meā quod hr̄ in p̄mo pſalmo. Uerba mea. Uerum
qꝛ oratio ei⁹ nō habet affectum ſiue mane pectoris. i. ſine
grē initio: iō dicit. Emitte lucē tuā qō habet̄ ī ſcdo pſalmo
Judica me deus. Sed qꝛ mane pectoris pēdet ex mane no
ſtre redemptōis: ideo dicit. Exitus eſt matutini quod eſt
ī tertio pſalmo. Te decet ⁊c̄. Et qꝛ habito mane pectoris
qō effect⁹ ē mane redēptiōis: homo incipit ſibi vileſcere:
ſequitur mane ſicut herba tranſeat ⁊c̄. quod habet̄ in q̄r/
to pſalmo. ſ. Domine refugiū: Sed qꝛ quāto ſibi qſq₃ ma
gis vileſcit tanto magis mane eternitatis affectat: iccirco
dr̄. Auditam fac mane miſericordiam tuam: quod habet̄
ī quīto pſalmo. Domine exaudi orōnem meā. Et qꝛ nemo
ad hoc peruenit niſi q laudat deū in aduerſitate ⁊ proſpe
ritate: iō adiungit ad annūciandū mane miſericordiam
tuam ⁊c̄. quod habet̄ in ſexto pſalmo. Bonū ē ⁊c̄. ¶ Rur
ſus ſex pſalmi qui per ſingulas ferias mutant̄: ⁊ cantica q̄
illis dnr̄ īter ſe conueniunt ⁊ cōgrue poſſūt temporis gra/
tie ſucceſſibus coaptari. Jn ſecunda nāq₃ feria recolitur
ſtat⁹ p̄mitiue eccleſie q̄ ſanctorū p̄dicatiōe hereditatē ac/
cepit vt dcm̄ ē. vn̄ ī illo pſalmo. Uerba mea. orat eccleſia
pro eterna hereditate quā per xp̄m percepit: quare ī titu/
lo eiuſdeꝫ pſalmi dr̄ ī fine pro ea quam ꝯſequit̄ heredita/
te: in cantico vō grās agit dicēs. Cōfitebor tibi domie qm̄
irat⁹ es mihi: cōuerſus eſt furor tu⁹ ⁊ conſolatus es me: qō
eſt iſa. iz. c. Reuera ira dei permanſit vſq₃ ad poſſeſſionē
ſaluatoris: ſed tunc conuerſus eſt domin⁹ a furore ⁊ conſo
latus eſt eccleſiam aperiens ei ianuam celeſtis regni: cū
oēs prius ad īferos mitterentur. Jtem ī pſalmo ſollicitu/
dinem ſuam oſtēdēs eccleſia dicit. Mane aſtabo tibi ⁊ vi
debo ⁊c̄. in cantico vero confidens dicit. Fortitudo mea ⁊
laus mea dominus. i. ipſe per quem ſum fortis ⁊ quem
laudare teneor. Ad totam igitur pertinet eccleſiam quod
dicitur. Uerba mea ⁊c̄: ſed ſpecialiter ad primitiuam cui
per apoſtolos primo facta eſt promiſſio eterne heredita/
tis: ⁊ tunc vexillum crucis cepit in nationibus eleuari: ad
quod pertinet canticum ſicut ex his que precedunt can/
ticum in Jſa. manifeſte apparet. Dicitur eniꝫ in libro pau
lo ſuperius. Jn die illa radix ieſſe qui ſtat in ſignum popu
lorum. ipſum gentes deprecabuntur: ⁊ erit ſepulchrum
eius glorioſum. Et paulo poſt: Eleuabit ſignum in natio/
nes ⁊ congregabit profugos iſrael ⁊c̄. Saluator noſter eſt
radix ieſſe. ⁊ ipſe ſtat in ſignum populorum quia ad eum
reſpiciūt gentes: ⁊ ipſū deprecant̄. ei⁹ ſepulchrū fuit glīo/
ſum: lꝫ peccatis noſtris exigentibus ad tempus fit igno/
minioſū: ⁊ ip̄e per ap̄los ⁊ alios p̄mitios leuauit ī natiōes
crucis ſignum in quo eſt victoria: vt ſciant omnes in quo
dyabolus eſt victus. Sed ante hoc congregauit ipſe ꝓfu

gos iſrael quādo in die pēthecoſtes erant viri religioſi in
hieruſalē ex oī ꝑte vel natiōe que ſub celo ē: ⁊ ex illis cre-
diderūt vna die tria millia ⁊ alia die quīqꝫ millia. Nā eis
dic̄ paulus ī actibꝰ apoſtoloꝝ. Primū oportet iudeis loq
verbū dei. ¶ Jn tertia feria illud tēpus recolimꝰ quādo
ab impijs eccleſia perſecutionē patiebaꝰ: a iudeis pmo: ⁊
poſtea a diuerſis īperatoribꝰ romāis: pſertī a tpe neronis
vſqꝫ ad tpa dyocletiani ⁊ maximiani īperatoꝝ. Que autē
tūc paſſa fuerit eccleſia īdicat pſalmus. Judica me deus ⁊
diſcerne cauſā meā de gente nō ſancta. ⁊ oſtendit triſtitiā
cum dic̄. Quare triſtis īcedo dum affligit me inimicꝰ. Sꝫ
qꝛ ab hac perſecutione liberata eſt cantat cāticū: Ego di-
xi: quod eſt iſa. 38. c. qđ cantauit ezechias poſt liberatōeꝫ
a ſennacherib: ⁊ poſt īfirmitatē quā īcurrerat ne eleuare
tur cor eiꝰ ī ſuperbiā. Uel qꝛ eleuatū erat ꝓpter iopinabi
lem triūphū de exercitu ſenacherib. Sicut .n. ille libera-
tus reddidit gloriā deo: ſic ⁊ eccleſia ꝓus tamē q̄ſi deſpe-
rans dic̄: non aſpiciam hoīem vltra ⁊ habitatorem gētis.
ideſt ſaluatoreꝫ meū per quē mihi gēs deberet eſſe: īmo
cū videbat ſuos paſſim interfici dicebat. Generatio mea
ablata eſt: ⁊ iterū ꝓciſa eſt velut a texente vita mea cūꝫ
adhuc ordirer ſuccidit me. Tamē ſperans eccleſia dicit:
Uiuēs ſupple nūc ī ꝓtectione tua viuēs. ſ. poſt ī futura ge
te ipſe cōfitebiꝰ tibi: ſicut ⁊ hodie ego ſupple liberata ab
hoſtibus: ⁊ ego ita ago ſicut pater bonꝰ notā facit filijs ve
ritatē ſuaꝫ. ¶ Jn quarta feria recolitur illud tēpus quo
eccl'ia cepit exaltari ſuper inimicos ſuos. ſ. reddita ſibi pa
ce per īperatoreꝫ cōſtātinū. Unde cantat. Te decet hym
nus deus in ſyon. Syon īterpretaꝰ ſpeculatio ſiue cōtē
platio: qꝛ tempore gētis potuit eccleſia vacare cōtempla
tioni. Ad hoc etiam pertinet titulus. ſ. ps. Dauid. Canticū
hieremie ⁊ ezechielis de populo trāſmigrationis vel ver
ba peregrinationis cum īciperet exire. Sicut enim popu
lus ille de babylonia exire cepit recepta licētia a ciro: ita
⁊ eccleſia de babylonica perſecutione ꝑ conſtātinū romā
num imperatorem liberata quam patiebaꝰ ſub diuerſis
īperatoribus habet ſpeꝫ proficiendi in meliꝰ quouſqꝫ per
ueniet ī celeſtē hierl'ꝫ. Unū recolēs ꝓteritā ꝑſecutionē dic̄
Uerba iniquoꝝ ꝓualuerūt ſup nos: ⁊ ꝓfectū ſuū oñdens
dicit. Bn̄dices corone anni benignitatis tue. Corona āni
benignitatis tue eſt tp̄s gratie qđ ꝑ circulū dieꝝ vſqꝫ ī finē
mundi decurrit. in quo campi ideſt illi q ſunt pleni tumo
re ſuperbie carētes vbertate gratie repellenꝰ. ꝓpter hāc
liberationē cantat eccleſia cāticū anne matris ſamuelis
quod cantauit liberata de perſecutiōe ſue emule fenenne
ſcꝫ. Exultauit cor meū in dño quod eſt primi Regū. z. c.
Cum enī reſpublica cepit per angelicos viros ⁊ imperato
res xp̄ianos miniſtrari potuit eccleſia dilatare os ſuuꝫ ſu
per inimicos ſuos. ſ. iudeos: paganos: ⁊ hereticos. Unde
ſequitur Dilatatum ē cor meū ⁊c̄. ¶ Eadē quoqꝫ pace q̄
gaudent gentiles cōuerſi: gaudent ⁊ iudei conuerſi. Unū ī
perſona iudaici populi cantamus in quīta feria. Domine
refugiuꝫ factus es nobis. Qꝛ autē iſte pſalmus ad iudeos
ꝑtineat titulꝰ oſtēdit ſcꝫ Oratio moyſi hoīs dei. Ad ideꝫ
etiam pertinet canticū moyſi Cātemꝰ domino: quod eſt
exodi. 15. capitulo in pn̄. Sicut enī exultauerūt iudei ī ne-
rempto pharaone cū exercitu ſuo: ita exultant hodie xp̄ia
ni deiectis diuerſis imperatoribꝰ q eccleſiaꝫ perſequeban
tur in odiū noīs chriſtiani. ¶ Jn ſexta feria fit cōmemo-
ratio paſſionis dñi. Unde cantaꝰ ille pſalmus. Domine
exaudi orōnem meā: cuiꝰ titulꝰ eſt pſalmus dauid: quādo
perſequebaꝰ eū filiꝰ eiꝰ abſolon. Sicut aūt dauid habuit
plures filios: ſꝫ vnꝰ illoꝝ. ſ. abſolō ꝑſecutꝰ ē eū: ita ⁊ dñs nr̄
plures hꝫ filios: de quibꝰ nūc dicit. Non poſſunt lugere fi-
lij ſponſi quouſqꝫ cū illis eſt ſponſus: ſed vnꝰ illoꝝ ſcilicet
Judas perſecutꝰ eſt eū q dr̄ Abſolon q̄ſi abaſſolon: i. pax
patris ꝓpter oſculum qđ dedit dño quod eſt ſignū pacis.
Ad idem pertinet canticū. Domine audiui auditum tuuꝫ
⁊c̄. qđ ē abacuc. 3. capit'lo ī pncipio. Jn quo dicitur cornua
ī manibꝰ eiꝰ ibi abſcondita eſt fortitudo eius a. f. c. i. mors.
Per cornua regna ītelligere cōſueuimꝰ: ⁊ eſt ſenſus Cor-
nua in manibꝰ eiꝰ ideſt regnū in poteſtate eiꝰ. Hanc auteꝫ
poteſtatem meruit ſibi dari: vel potiꝰ ſibi datam notifica
ri per paſſionē: de qua ipſe dicit. Data eſt mihi oīs poteſtas
in celo ⁊ in terra. Per cornua enī conuenienter ſcd̄m hoc
ītelliguntur duo cornua crucis. Unde videtur ſecundum
hoc ꝙ potius eſſet dicendum manus eius in cornibus q̄ꝫ
cornua ī manibꝰ eiꝰ. Maluit tū ſic dicere abacuc ꝓphe-
ta vt oſtenderet ꝙ in poteſtate ⁊ in voluntate eius fuit eū
crucifigi: ſicut ipſe dixit. Nemo tollet a me aīam meaꝫ: ſꝫ
ego habeo poteſtatē ponēdi aīam meā ⁊ iterum ſumendi
eam. ibi ſcꝫ in cruce abſcondita fuit ad tempus fortitudo
eius: qꝛ reputatus eſt tanq̄ꝫ percuſſus a deo ⁊ humiliatus
⁊ ante faciem eius ibit mors: quia mors per eius mortem
deſtructa eſt. Et nota ꝙ hec dies eſt quinta a ſecunda fe-
ria in qua agitur de paſſione ſaluatoris: ſicut ⁊ in domini-
cis nocturnis qnto loco ponitur canticum in quo ponitur
contēptus nabuchodonoſor ⁊ victoria trium puerorum ī
camino ignis vbi aſpectꝰ quarti erat ſilis filio dī: vł ſic̄ hꝫ
alia trāſlatio: filio hoīs: qꝛ ī paſſione ſaluatoris fcā ē dēſtru
ctio dyaboli ⁊ victoria xp̄iani pp̄li de tribus ꝑtibus orbis
collecti per eum qui eſt verus filius dei ⁊ verus filius ho-
minis. ¶ Jn ſabbato vero fit commemoratio victorie po
puli iudaici: qui erit coniunctus eccleſie dei in fine ſeculi:
⁊ cantabit cum eccleſia pſalmum. Bonuꝫ eſt confiteri do
mino ad annunciandum mane ſcilicet proſperitatis miſe
ricordiam tuam ⁊ veritatem tuam per noctem ſcilicet ad
uerſitatis: qui pſalmus intitulatur laus cantici dauid in
die ſabbati: vnde conueniens eſt: vt in die ſabbati: cantet̄
pſalmus ille in quo agitur de perſecutiōe iude: qui perſe-
cutus eſt chriſtum in figura Abſolon qui perſecutus eſt
patrem: ⁊ qui intitulatur in die ſabbati. Qꝛ autem pſal
mus iſte pertineat ad iudaicum populum cōuincitur ex
illo verſu. Jn decachordo pſalterio cum cantico. Pſalte-
rium decachordum dicitur lex propter decem mandata
legis. ¶ Et nota ꝙ hoc pſalterium quidam portant ſed
in eo non pſallunt: vt iudei perfidi qui nobis ſunt in odi
cibus teſtes: in cordibus hoſtes: quidam portant ⁊ pſalle
re videntur non tamen pſallunt vt falſi chriſtiani qui cū
triſtitia aliquando bona opera operantur. Quidam por-
tant ⁊ in eo pſallunt: vt illi qui cum hilaritate bonuꝫ ope
rantur. Hoc autem erit in populo iudaico cum vnuꝫ erit
cum eccleſia. Qualiter canticum moyſi Audite celi: qđ ē
deuterono. 3z. capitulo pertineat ad ſabbatum ⁊ ad popu
lum iudaicum ex verbis bede haberi poteſt: qui dicit ſup
lucam ꝙ in diebus ſabbati iudei ad ſynagogas cōfluebāt
ad meditanda diuine legis mandata: poſtpoſitis mundi
negocijs: iuxta illud. Uacate ⁊ videte quoniaꝫ ſuauis eſt
dominus. Jn memoriam ergo priſtine religionis canticū
ipſum deutrono: in ſabbato cantatur: in quo ſtatus illius
populi quem habuit offenſo vel propicio deo deſcribitur
¶ Poſt ātiphonam ſequitur capitulum per quod fit ex-
hortatio ne deficiamus in via. Et dicitur quandoqꝫ bene
dictio ⁊ claritas apocalip. 7. c. ⁊ quandoqꝫ: Fuiſtis aliquā
do tenebre. ephe. 5. ⁊ quandoqꝫ. Nox preceſſit ad romāos
.iz. capitulo vbi hortamur in fide perſeuerare: miſericor-
die operibus ītendere opera tenebrarū abijcere: ⁊ arma
lucis induere. ⁊ conſolamur per repromiſſionem glorie.
Et poſt capitulum ſequitur Reſponſoriuꝫ. Jn quibuſdā
tamen eccleſijs non dicitur Reſponſoriū. Uidetur enīꝫ

hoc ſuperfluere ꝓpter rñſoria i nocturnis dicta: qꝛ hodie nocturne ꝛ laudes matutine vbiqꝫ diūcti canunẗ. Hec tñ rō ceſſat ſi laudis matutine officiū ſit ꝑ ſe. In oib⁹ tñ alijs horis poſt capl'z ſeqẗ rñſoriū. Poſt capl'z ſeu reſponſoriuz chorus exhortatōi aſſētiēs hymnū reſonat. Poſt hymnū ſeqtur verſus. Qꝛ eni per cāticū çacharie qd̄ ſtati ſubſeqẗ ꝓmiſſio notaẗ: ꝛ nos tardi ſum⁹ ad credēdū ꝓmiſſionib⁹ ideo ꝓmiẗ verſus alta voce: vt exerceremur ad credēdū dei ꝓmiſſa. Et dr̄ i q̄buſdam eccleſijs verſus. Repleti ſumus mane miſericordia tua: in quo recoliẗ tp̄s quo iuſtis recōpēſabiẗ merces poſt hui⁹ ſeculi laborē. Unde dic̄ beda repleti ſum⁹ mane: p̄teritū ponens ꝓ futuro ꝓphetali certitudine: qꝛ i mane eternitatꝭ miſericordia dn̄i replebimur. Iuxta illud. Satiabor cū apparuerit gloria tua. In alijs vō eccleſijs dr̄ in matutinis. Dn̄e meditabor in te. Cōſequēter chor⁹ verſu excitat⁹ ſubijcit canticū çacharie. ſ. Bn̄dict⁹. qd̄ eſt luce. i. c. qd̄ ſemꝑ dr̄: iuxta qd̄ ait apoſtolus. Seruiendū ē deo i pſalmis ꝛ hymnis ꝛ cāticꝭ. ideſt corde ore ꝛ opere. Siqdem per hymnum exp̄miẗ letitia quam de cōſecuta libertate habem⁹. Et qꝛ xp̄s hāc nobis letitiam acq̄ſiuit: iccirco ne de huiuſmodi beneficio igrati eſſe videamur i laudem dei cātando ꝓrūpim⁹ antiphonam ichoātes. Et qꝛ nos liberauit: ei grates referim⁹ alta voce cātādo cāticū ip̄m: ꝛ q̄re: qꝛ viſitauit nos exiſtētes i miſeria ꝛ fec̄ redēptōem plebi ſue. Quare ēt hoc canticū alta voce dicaẗ i ſexta p̄te ſub q̄nta feria cene dn̄i diceẗ. Uel ideo poſt pſalmos ꝛ lectiones ꝛ verſū canticū ipſum dr̄: vt recordemur ꝙ finito tēpore noui teſtamēti: quod ꝑ p̄miſſos matutinales pſalmos ſignificatur: remuneratio abrahe ꝓmiſſa nobis dabiẗ ſi doctrina xp̄i ibuti quod per lectōem ꝛ ad dei ſeruitiū vſitati qd̄ per verſū ſignificaẗ: ſine timore i ſanctitate ꝛ iuſtitia oib⁹ dieb⁹ ſeruiem⁹ deo. ❡ Rurſus ideo pſalm⁹ Bn̄dict⁹. hoc loco dr̄: qꝛ i eo agiẗ de p̄curſore illi⁹ q̄ i ſexta etate venit: ꝛ iſte eſt ſext⁹ pſalm⁹ i laudib⁹. ❡ Et nota ꝙ qꝛ hoc cāticū ꝛ canticū marie. ſcʒ. Magnificat aīa mea dn̄m ꝛc̄. euāgelia ſūt: ideo ea ſtātes cātam⁹. Ceteꝝ hec duo cātica nō cantanẗ i eccleſia eo ordine qd̄ edita ſūt: quē ordinē ponit magr̄ in hiſtorijs vbi agit de ortu p̄curſoris: Nam canticū çacharie p̄us cantaẗ ꝛ tamē ſecūdo editum eſt: qꝛ eni ibi legiẗ. Et erexit cornu ſalutis nobis. qd̄ eſt factū i reſurrectione. Et qꝛ loq̄tur ad puerū q̄ fuit aurora ſolis: ideo cantaẗ i laudib⁹. Canticuʒ aūt v̄ginis q̄a legiẗ ibi. Reſpexit humilitatē ancille ſue. eccleſie ſcʒ ipſi⁹ marie: qd̄ q̄deʒ factū eſt i ſexta etate: ꝛ agiẗ de icarnatōe ibi. Suſcepit iſrael pueꝝ ſuū: iō canitur ad veſperas ſcʒ i ſexto officio diurno. Tertio cāticum ſymeonis qd̄ ſeq̄tur caniẗ i ſeptimo officio: ſcʒ i cōpletorio: quia orat ſe dimitti i pace qd̄ erat i ſeptima q̄eſcentiū. ❡ Rurſus i trib⁹ horis tria dicim⁹ euāgelia. ſ. i aurora. Bn̄dictus: q̄a ibi vera lux nūciatur. In veſpera. Magnificat: qꝛ i fine mundi prout ibi dr̄: deus ſuperbos diſperdet: et humiles exaltabit. In cōpletorio. Nūc dimittis: qꝛ poſt iudicium ſancti in pace regnabunt. Finito cantico antiphona que dilectōem ſiue deuotionē quā i laudando deū habere debem⁹ ſignificat: repetiẗ. Dum āt vel ſus ante ip̄m canticū dr̄ offerẗ icēſum: vt noteẗ deuotio ab igne charitatꝭ egrediens que i oī laude eē debet. Thuribulū. n. eſt cor hoīs. ignis charitas. icenſū oratio. fum⁹ i altū tēdens ē deuotio que ſurſuʒ tēdere dʒ. Iuxta illud. Dirigaẗ oratio mea ꝛc̄. de hoc i q̄rta p̄te i titulo de acceſſu pōtificis ad altare dictum eſt ꝛ diceẗ ſub veſperis. Primo autē offerẗ icenſum circa altare. nā ꝛ ſacerdos legalis mane itrabat templum vt ſuper altare icenſū offerret: vt dicetur ſub titulo de veſperis. offerẗ itaqꝫ icenſuʒ circa altare vt noteẗ canticum toto cordis affectu eſſe ꝓferendum. Et ne nobis accidat qd̄ cōtigit çacharie. cui dum icenſū offerret apparuit angelus dicēs ꝙ ei naſcereẗ filius: qd̄ qꝛ ille non credidit obmutuit. Credam⁹ igitur de ꝓmiſſionib⁹ dī ne a laude ei⁹ muti efficiamur. Alia ēt rō ſub veſperis dicetur. ❡ Poſt canticum ſeqẗ oratio per quā eſt ipetrāda ꝓmiſſio: de qua dictū eſt in ꝓhemio hui⁹ partis. De laudib⁹ matutinis q̄s monachi dicūt in p̄cedēti titulo dictū eſt.

❡ De prima. Rubrica.

Poſtquam de nocturnali ꝑmiſſuʒ eſt officio conuenit aliqua dicere de diurno. Et p̄mo de hora p̄ma i qua deū laudare debemus: tū qꝛ eſt initiū diei ꝛ nobis dedit noctē cum ſalute ꝛ ſine ſathane ipedimēto tranſire: ꝓut in cōpletorio rogauim⁹ ip̄m: tum qꝛ tali hora xp̄s a iudeis pilato tradit⁹ eſt: ꝛ etiam angelus nūciauit mulierib⁹ ad monumentum orto iam ſole veniētib⁹ eū ſurrexiſſe. eadē etiam hora viſus eſt i littore maris a diſcipulis piſcantib⁹ dicens illis. Pueri habetis aliq̄d pulmēti. Tum qꝛ eadē hora dominꝰ cōueniebat i tēplo ꝛ populus manicabat. i. mane expectabat: vel. i. ad eū mane feſtinabat. tum etiam qꝛ ſcriptura dicit. Primū querite regnū dei. Merito ergo eccleſia i hac hora dominū laudat ꝛ eū inocat dicens. Deus in adiutoriū meū itende. cū glorificatiōe ſequēti. ꝛ ide petit liberari ꝛ a perſecutione mūdi ꝛ a tētatōib⁹ dyaboli: vt pʒ i hymno. Iam lucis orto ſidere ꝛc̄. ❡ Eſt aūt notandum ꝙ i p̄ma hora hymnus ipſe iuariabilis eſt quoniam q̄libʒ die p̄miſſa liberatōe egem⁹: ſilr̄ ꝛ i cōpletorio hymn⁹. Te lucis ꝛc̄. i quo petit eccleſia a fantaſmatib⁹ liberari: qua ēt liberatōe ſemper egemus: ꝓut ſub cōpletorio diceẗ. Quedam etiam eccleſie nūqꝫ variāt antiphonam ad p̄mam. Cum eni de⁹ ſit iuariabilis qui eſt alpha ꝛ o. i. p̄ncipium ꝛ finis: iccirco qꝛ ſemper a nobis p̄mitias ꝛ decimas exigit: tanq̄ ſemper ſoluentes p̄mitias diei nūqꝫ variāt antiphonam ſed ſemꝑ dicūt illā de trinitate: niſi aliquod feſtum accidat: qꝛ tunc fit de ipſo feſto. Alie tamē eccleſie variant antiphonā ꝛ hymnū ꝛ i dn̄icis ꝛ i ferijs ꝛ in feſtis dei ꝛ ſanctorum. Poſt antiphonam ſequunẗ pſalmi. ꝛ ex cōtinentia p̄cedētis hymni euidēter app̄et quare dicaẗ p̄m⁹ pſalmus. De⁹ in noīe tuo ꝛc̄. in quo eccleſia orat a periculis ꝛ ab inimicꝭ liberari. deīde ſe armat p̄mo ꝯtra hoſtes cingulo caſtitatis: cū dicit Beati imaculati i via ꝛc̄. Secundo galea ſalutis. ſ. ſpe cū dicit Retribue ſeruo tuo ꝛc̄. de q̄b⁹ dicetur ſub ſexta. Tertio ēt ſcuto fidei cum dicit. Quicūqꝫ vult ſaluus eſſe ꝛc̄. i quo fides noſtra cōtinetur: vt iam dicetur que eſt ſcutū ꝛ munimen noſtrū ꝛ victoria cōtra carnem mundū ꝛ dyabolū ꝛ ei⁹ oēs tentatiōes. vnde petrus. Cui reſiſtite fortes i fide ꝛc̄. Quarto ſumit gladium ſp̄ūs quod eſt v̄bū dei: dum dic̄ capl'm ſiue lectioneʒ que pertinet ad doctrinam: qꝛ oportet vt precedāt bona opera que per pſalmos ſignificanẗ: ꝛ tandē ſequatur doctrina de ſp̄ūalib⁹ ꝛ ſecretiorib⁹. Iuxta illud. Cepit ieſus facere ꝛ docere. ❡ Sunt ergo tres pſalmi. ſ. Deus in noīe tuo ſaluū me fac. Beati imaculati i via. Retribue ſeruo tuo. vt in trib⁹ horis munimentū contra ipugnationes iteriores ꝛ exteriores habeam⁹. Et dn̄r ſub tribus glorificationibus eo ꝙ trinitas i noſtris op̄ibus glorificaẗ. Secūdus pſalmus eſt Beati imaculati i via. vſqꝫ. Retribue ſeruo tuo. Tertius ē. Retribue ſeruo tuo. vſqꝫ. Legeʒ pone mihi dn̄e viam iuſtificationum tuaꝝ. q̄ ex octonarijs verſuū conſtituunẗ. Habet eni vnuſq̄ſqꝫ ſedecim verſus: quoꝝ duodeci ſignificant duodeci ꝓphetas. alij quattuor deſignant quattuor maiores. ſ. hieremiaʒ iſaiam danielem ꝛ eçechielem. ſiue duodeci apoſtolos ꝛ q̄ttuor euāgeliſtas. Dicuntur ergo illi duo pſalmi ex ſedecim verſib⁹ ꝯſtituti

vt oſtendatur q̄ ea que duodecim prophete ⁊ quattuor
maiores: ſiue duodecim apoſtoli ⁊ quattuor euangeliſte
dixerunt pro poſſe obſeruare debem⁹. De octonarijs di-
cetur ſub titulo de completorio. Sunt etiaꝫ quodãmodo
q̄nq̄ pſalmi habito reſpectu ad diuiſionẽ octonario ꝑ ver
ſuuꝫ cuiuſlibet p̄s. ſignificantes q̄ eccleſia petit ne mors
ĩgrediatur per feneſtras q̄nq̄ ſenſuũ noſtroꝝ: ſeu vt q̄nq̄
ſẽſus noſtri per diẽ diuinit⁹ muniant̄. Prim⁹ eſt. Deus in
noĩe tuo ſaluũ me fac. Secũdus. Beati ĩmaculati in via.
Tertius. In quo corrigit. Quartus. Retribue ſeruo tuo.
Quĩtus. Adheſit. ¶ Et ẽ ſciẽdũ q̄ a pſalmo Beati ĩmacu
lati ĩ via vſq̄ ad pſalmũ. Ad dñꝫ cũ tribularer clamaui. ẽ
vn⁹ pſalmus cõtinens duodecĩ capitula: q̄ ſm Ambroſiũ
eſt paradiſus pomoꝝ ⁊ apotheca ſpũs ſãcti: ideo eccleſia
ruminat illũ per horas velut ſpẽs aromaticas paradiſi vt
cus ille mons caluarie: ſiue caluariū vbi rei decolabanṫ
⁊ vbi multa capitū oſſa erant diſperſa. Qꝛ vero chriſtus ī
cruce pendens ꝓlixe orauit decantās decem pſalmos. ſ.
De⁹ deus meus reſpice ī me: vſq̄ ad In te ſperaui eū per
ueniſſet ad locū illū. In man⁹ tuas domine. illo dico emi
ſit ſpūm: ideo ⁊ nos poſtq̄ recitata eſt paſſio ei⁹ orōes di
cimus: ad notandū ꝙ quādo ab inimicis perſequimur: ſp̄
ad orōnē eſt recurrendū. iſte tamē eſt īſolitus mos orādi
Nam in alijs diebus ante euangelium orōnes dr̄: ⁊ ī ea-
rum ꝑncipijs dr̄. Dominus vobiſcū que eſt proprie vox ⁊
ſacerdotis offiū quod nō fit ī iſtis: qꝛ ſacerdos ⁊ dñs nr̄ oc
cidiṫ. ¶ Orauit āt chriſtus ꝓ tribus. Primo ꝓ ſe dicēs.
Pater clarifica filiū tuū. Secundo ꝓ ſuis dicens. Pater
quos dediſti mihi pro eis rogo. Tertio ꝓ illꝭ q̄ in eū credi
turi erant dicens. Pater nō tantū ꝓ illis rogo ſed ꝓ illis
q̄ credituri ſunt ī me Et ex hoc videṫ ꝙ non debemus ro
gare ꝓ eis quos ſcimus nō eſſe ſaluandos: nec ꝓ illis q̄ in
īferno remanſerunt: nec pro iuda qui deſperauit: ſed ora-
mus pro nobis in omni gradu eccleſie: ⁊ pro neophitis: ⁊
pro gentilibus. pro iudeis: pro hereticis: ⁊ ſciſmaticis: vt
xp̄s gratiam ſuam eis īfundat: ⁊ ad fidē conuertat. Chri-
ſtus enī orauit ꝓ inimicis ⁊ amicis: ideo eccleſia ſtatim ſi
militer orat pro omnibus. ¶ Sane eccleſia pro his orās
flectit genua in orationibus: vt per habitum corporis de-
uotionem ⁊ mentis humilitatem oſtendat: īſinuans etiā
ꝙ in nomine iheſu omne genu flectendū eſt: quoniā oēs
nationes ſibi genua curuant: niſi quando pro iudeis oraṫ
quia enim ipſi illuſerunt domino flexis genibus dicētes.
Prophetiza nobis xp̄e quis eſt qui te percuſſit: ideo in de
teſtationē huius illuſionis eccleſia pro eis orans genua
non flectit vt vitet opera ſimulata. Preterea quia eorū
cecitas nulla poterat oratiōe depelli donec plenitudo gē
tium ſubintrauerit: ideo non eſt pro ipſis vehemēter orā
dum: nec genua flectenda. Eſt tamen vtcūq̄ orandū: qꝛ
futurū eſt vt qui eſt exaltatus in cruce omnia trahat ad
ſe. Sed ⁊ in orationibus pro iudeis ⁊ paganis non reſpon
detur Amen: vt quidam dixerunt: ⁊ hoc ideo quia cū illi
ſint extra collegium ſiue corpus eccleſie: fidelium popu-
lus non oſtendit affectum ſuum ad eos. Iuxta illd̄ apoſto
li ad Corin. i. Quid mihi de his qui foris ſunt iudicare. ex
tra. de ſacra vnc. c. i. per Amen autē affectus exprimitur.

Preterea licet pro illis oretur: vt eorum duritia conuertatur. quia tamen hoc impleri non poterit vſq; circa finē ſeculi: apoſtolo teſtante qui dicit. Donec plenitudo gētiū īntroierit: ⁊ oīs iſrael ſaluus fiat: ideo ad orōnes ꝓ illis nō reſpondeť amē. Uerūtamē recte ītuenti nihil ītereſt quo ad hoc īter illas ⁊ alias orōnes: īmo ita reſpondeť ad illas amen: ſicut ⁊ ad alias orōnes ꝓ alijs ſtatibus: qđ ſic oſtenditur. Pro quolibet ſtatu bis ꝓfertur oremus. ſed qđ ſub ṗmo oremus ante flectamus genua dr̄ nō ē orō ſʒ adhortatio vt oremus: ſiue prefatio ſeu monitio exṗmens quid ſiue ꝓ quo ſit ī ſequēti orōne orandū. vnde ſub tono ṗfationis nō orōnis dr̄. ideoq; ꝓ nullo ſtatu poſt ṗfationem rn̄deť amē: ſicut nūq; fit. poſt aliquā ṗfationem: ſʒ etiam ibi ponať per xp̄m dn̄m noſtrū: ſicut patet in quotidiana miſſe ṗfatōe. Quod aūt ſecūdo oremus dr̄ oratio eſt: ⁊ rn̄deri debet amē ꝓ iudeis ⁊ paganis: ſicut pro alijs. ¶ Cōſequenter ſacerdos poſt orōnes crucem velatam baiulat ad dextrū cornu altaris ibiq; crucem ſuper humeros tenens ī perſona xp̄i iudeis īproperat beneficia dn̄i. d. Popule me⁹ qd feci tibi. In qbuſdā tamē eccleſijs duo ṗſbyteri baiulant illā. ad notādū q̄ in xp̄i perſona due fuerūt nature diuinitatis. vʒ. ⁊ humanitatis. Quod dr̄. Popule meus qd feci tibi: aut ī quo cōtriſtaui te: reſpōde mihi: qꝛ eduxi te de terra egypti ⁊c̄: ad diuinitatē referť. qđ vero ſeqtur. Paraſti ſaluatori tuo crucem ad humanitatem: ⁊ ſic de alijs ſequētib⁹ verbis. ¶ Cātat āt ſacerdos quaſi hebraice ī perſona ſaluatoris. accoliti cantāt grece Agyos otheos quaſi in perſona grecoꝝ. chor⁹ reſpondet. Scūs ſanct⁹ ī perſona latinoꝝ. Sicq; trib⁹ liguis laudať deus. ſcʒ hebraica que propter legem oīum liguarū eſt mater. greca q̄ doctrix eſt: ⁊ latina q̄ īperatrix eſt propter romani dominiū īperij ⁊ papat⁹. Quia enī hebraica nūc ſilet a laude dei. poniť pro illa. Pple me⁹. qđ qa cantať ī pſona dn̄i loquētis hebreis: iō intelligitur dcm̄ hebraice. Et nota q̄ cōtra tres illuſores xp̄i tres ṗmittunť adorationes: vt īfra diceť. Tres vero antiphone. ſ. Popule me⁹. qa eduxi te. ⁊ qd vltra ⁊c̄. paꝝ aut nihil ſenſib⁹ differentes verbis ⁊ modulatōe cōſiľes triplicem tituli ſcripturaʒ ſignificant q ſcript⁹ fuit tribus linguis. ſ. hebraice grece ⁊ latine. Iheſus naçarenus rex iudeorū: vtrū ṗncipiū tituli ſcriptum fuit tribus linguis ignorať. ſed de hac clauſula rex iudeorum ꝯſtat. qđ qꝛ negauerūt iudei dicentes. Noli ſcribere rex iudeoꝝ: ſed qꝛ ipſe dixit rex ſum iudeoꝝ. ideo illud in iſtis antiphonis aſtruitur ab effectu. ſ. qꝛ tanq; rex eoruʒ eduxit eos de egypto: ⁊ duxit eos per deſertū: ⁊ īntroduxit ī terrā bonā. Item qđ ī titulo ſcriptum fuit. Iheſus. in ſingulis antiphonis ꝯcluditur ſaluator. q̄ ibi naçarenus ad ſingula: reſpondeť agyos ſanct⁹. Et qꝛ titulus tribus linguis ſcriptus fuit: ideo duabus liguis reſpondeť. ſ. greca ⁊ latina que xp̄m adorant. Hebraica vero cōtradicit: ⁊ adhuc blaſphemat ṗdictas. Et nota q̄ antiphona. Popule meus. eſt michee. 6. c. ṗncipium antiphone. qꝛ eduxi te. Numeri. 14. c. ⁊ mediū. ſ. māna ⁊c̄. eſt Iſa. 16. c. ⁊ Ioſue. 6. cap. vbi etiā eſt finis ipſi⁹. ſ. ītroduxit. Notanduʒ q̄ iudei tres accuſatōes contra xp̄m ꝓpoſuerunt. ſ. q̄ tributuʒ negaſſet: q̄ ſe regem feciſſet: ⁊ q̄ ſe dei filium dixiſſet. cōtra quas tres ī eius pſonā excuſatōes dicūtur. ſ. Popule me⁹ vbi xp̄s eis exprobrat tria bn̄ficia ſua. ſ. liberatōeʒ de egypto. regimē ī deſertū. ⁊ ītroductōeʒ in terram optimā. q. d. Tu accuſas me de negatione tributi: potius deberes gratias agere: qꝛ te liberaui a tributo ſiue a ſeruitute egypti: tu accuſas me qꝛ me regem dixi: poti⁹ deberes grās agere. qꝛ te rexi ī deſerto ⁊ regaliť paui. Itē accuſas me qꝛ filium dei me dixi: potius deberes gratias agere: qꝛ terraʒ lacte ⁊ melle manantē contuli tibi. ¶ Deide crux denudatur in ſignū q̄ peruerſi iudei ſaluatorē denudauerūt. ⁊ fit denudatio inter tres vices: ad notandū q̄ illi ter xp̄o in paſſione illuſerūt. Primo quādo ī atrio ṗncipis velarā facie ei⁹ colaphis euʒ cedebant. Ad qđ deſignandū ī ṗncipio reuelationis ipſi⁹ crucis nō oſtendiť facies crucifixi. ¶ Secūdo ante pretoriū quādo eo tradito ad crucifigēdū milites plectētes coronā ſpineam illudebant ei flexis genibus adorādo eum dicētes. Aue rex iudeoꝝ. ad quod repſentandū ī ſcđa reuelatiōe diſcooperiť caput ⁊ facies crucifixi. Et ſcias q̄ corona fuit de iuncis marinis. ſicut eam vidimus in theſauris regis francoꝝ. quoꝝ acies nō minus ſpinis dure ſunt ⁊ acute. Tertio quando ei ī cruce pendenti tranſeūtes dicebant: vach qui deſtruis templū dei. Et qꝛ quando hec illuſio fiebat chriſtus tot⁹ nudatus in cruce pendebat: ideo in tertia reuelatiōe totus nudus oſtenditur crucifixus. Et etiam ad ſignificandum q̄ oīa que in lege ⁊ ꝓphetis obſcura fuerant in paſſione aperta ⁊ manifeſta ſunt. Reuelatur ergo crux poſt orationes: ad notandū q̄ oratio a chriſti paſſione quaʒ ī cruce ſuſtinuit habet effectū ⁊ exemplar. Ipſe enim in cruce pendens ꝓ amicis ⁊ inimicis orauit. ¶ Sane a dextera parte crux īcipit reuelari qꝛ xp̄s crucifixus vera fide adorans extitit ab apoſtolis ⁊ diſcipulis iudeis: q tunc in dextera erant. Et qm̄ hec fides per illos deuote publicata ⁊ in medio gētium perducta eſt: ideo ad hoc ſignificandū ante mediuʒ altaris per ſacerdotem deduciť. Rurſus qꝛ xp̄s nunc ſuꝑ eccleſiam qeſcit ⁊ vſq; in finem ſeculi quieſcet: ideo ad hoc ſignificandū ⁊ figurandū ſubſequenter crux ſuper altare poniť: per qđ hec eccleſia gentiū deſignať. Deniq; qꝛ ī fine ſeculi fides in cordib⁹ gentiū refrigeſcet: ⁊ teſte Iſa. a reliquijs iſrael que ſalue fiēt ſuſcipietur: ⁊ communis iudeis ⁊ gentilibus habebiť: merito ad hoc ſignificandū in fine miſſe crux de altari deponiť: ⁊ in cōi loco collocatur. Crux quoq; reuelata ⁊ cēt vexilla eccleſie in qbuſdam locis diriguntur in altum ad chriſti victoriam deſignandā. Adhuc crucem baiulantes antiphonas canētes: crucem illo deferunt: vt grece ⁊ latine reſpondeať ⁊ deuote adoretur: qꝛ dn̄s crucifixus tranſiuit a perfidia iudeoruʒ ad confeſſionē ⁊ deuotionē gentiū: ⁊ ſignificat apoſtolos canentes. i. totis viribus crucis opprobriū confitentes ⁊ predicantes. Item crucē baiulando nūc cūr: nūc vt feſſi ſubſiſtunt: qꝛ ⁊ illi perſecutionū pondere feſſi aliquantulum quieuerūt. Subſequenter ipſa crux denudata ſalutať ⁊ adorať: qꝛ euʒ cui iudei perfidi illuſerunt chriſtiani reuerenter ſalutādo ⁊ deuote oſculando veneranť. Et dū adoratur caniť ī qbuſdaʒ eccleſijs reſponſoriū. Ecce quomō moritur. Iſa. 57. c. ⁊ antiphona. Sicut moyſes. Io. 3. c. Et eſt ſciendū q̄ cōtra ṗmiſſas tres illuſiones ter illū adoramus dicentes. agyos. quaſi ter honorantes ter illuſuʒ ꝓ nos. Et qa illudendo genua flectebāt: ideo ⁊ nos illū adorando genua flectimus. Ad terrā etiam ante illam ꝓſternimus: vt qđ illi ſuperbe illudendo fecerūt: nos humiliť ⁊ vere faciam⁹: ⁊ mentis humilitatē ꝑ habitū corꝑis oſtendam⁹. ⁊ qꝛ ſicut xp̄s humiliatus eſt patri pro nobis vſque ad mortē: mortē āt crucis: ſic ⁊ nos ei⁹ mortis imitatores humiliari oportet. De mō ꝓſtratōis ait Augu. Quiſqs ſic humiliať vt genua figat: adhuc hʒ vt ampli⁹ humilieť. qſqs vero ſic humiliať vt hereat in terra venter eius vltra qđ humilieť nō hʒ. Nudis etiā. pedibus adoratur: vt oēs ꝓprias affectiōes ſibi nudas ac notas eſſe mōſtremus: ⁊ vt cū afflicto ꝓ nobis nos affligi oñdamus. Salutať āt crux qa per eam ſalus hominib⁹ reformať: poſtea adoratur. i. oſculať. Solus. n. deus adorandus ē: cetera vt crux cauſa illius veneranda ſunt. ¶ Ceterū expoſitio illoꝝ verboꝝ agyos ⁊c̄. ibidem ſequitur. Nam agyos grece dr̄ ſanctus

latine ab a qđ eſt ſine ⁊ ge qđ eſt terra quaſi celeſtis ſine
terra. In canone tamen iſidori. 24. q. 3. quidam. ꝟ. ſed tã/
gis: habet̃ ꝙ agyos grece dr̃ vas latine. Othcos vero gre
ce dr̃ de⁹ latine. Yſchyros grece fortis latine. Athanatos
grece ĩmortal' latine ab a qđ eſt ſine ⁊ thanatos qđ ẽ mor
tale. Eleyſon. i. miſerere. Ymas. i. nobis. ¶ De ꝓfũdo cru
cis myſterio dcm̃ eſt ĩ ꝓhemio q̃rte parti: ⁊ hic aliq̃ ꝑſtri
gamus. Fuerũt aũt ĩ dñica cruce ligna q̃ttuor. ſ. ſtipes ſiue
lignũ erectũ: lignũ trãſuerſũ: trũcus ſubpoſitus: ⁊ titulus
ſuprascript⁹. fuerũt ⁊ claui q̃ttuor: qbus ⁊ man⁹ ⁊ pedes
cõfixi ſũt. fuit ⁊ lancea q̃ lat⁹ apertũ eſt. ⁊ corona ſpinea ca
piti circũpoſita: q̃ oĩa pñt ĩ ſpũali cruce ſignificari. Quat/
tuor. n. cruci ligna ſũt q̃ttuor mentl ꝟtutes. ſ. fides: ſpes: ꝑ
ſeuerantia: patiẽtia: de qbus ait apoſtolus. Ut cõprehen/
datis cũ oĩb⁹ ſãctis q̃ ſit longitudo ⁊ latitudo: ſublimitas
⁊ ꝓfũdũ. Lõgitudo crucis eſt perſeuerantia: de qua dñs
iqt. Qui perſeuerauerit vſq; ĩ finẽ hic ſalu⁹ erit. Latitudo
crucis eſt patiẽtia: de q̃ veritas ait. In patiẽtia veſtra poſ
ſidebitis aĩas veſtras. Profũditas ei⁹ eſt fides: de q̃ apl's
Fides eſt ſubſtãtia ſperandaꝝ reꝝ argumẽtũ non appen
tium. Sublimitas vero eſt ſpes: de qua ps. In verbo tuo
ſuperſperaui. Habuit ergo crux xp̃i vnũ lignũ erectũ ĩ lõ
gitudinem: alteꝝ trãſuerſũ ĩ latitudinẽ: q̃ſi ĩ modũ potẽ
tie ſeu martelli: que duo ſignificata ſũt per illa duo ligna
q̃ paupcula mulier ĩ ſarepta collegit. Stipes vero erect⁹
habuit trũcũ ſuppoſitũ: ⁊ titulũ ſuperſcriptũ: qꝛ perſeue
rantia de fide ꝓcedit ad ſpem: q̃ſi ſtipes erect⁹ de trunco
ſuppoſito ad titulũ ſuperſcriptũ. Qđ beat⁹ Iob ĩtelligẽs
ait. Credo ꝙ redemptor me⁹ viuit: ⁊ ĩ no. ⁊c̃. repoſita ẽ hͤ
ſpes mea ĩ ſinu meo. Niſi eni crux habeat fũdamentum
fidei ⁊ titulũ ſpei: profecto ſupplicium eſt ſolũmodo ⁊ nõ
meritũ. Or aũt patientia ſpectet ad crucẽ; ex eo appet ꝙ
patienter in aduerſis tribulationis ſuſtinet cruciatũ. Un
de Iacob⁹. Tribulatio patientiã; operat̃. De perſeueran
tia quoq; legit̃. Eſto fidelis vſq; ad mortem: ⁊ dabo tibi
coronam vite. Etiã ſm apoſtolum non coronatur niſi qui
legitime certauerit. Perſeuerantia igr̃ que coronat̃ certa
men habz: vt merito ſpectet ad crucẽ. In his ergo duob⁹
lignis duos pedes ⁊ duas manus quattuor clauis dz affi/
gere xp̃ianus. Quattuor claui ſũt q̃ttuor ꝑncipales virtu
tes: iuſtitia: fortitudo: tẽperãtia: ⁊ prudẽtia. pedes ſũt mẽ
tis affectus de qbus ſponſus ĩ canticis. Laui pedes meos
quõ ĩquinabo illos? Et dñs ĩquit apl's. Qui lotus eſt non
ĩdiget niſi vt pedes lauet: ⁊ eſt mũdus tot⁹. Et iteruz. Ex/
cutite puluerẽ de pedib⁹ veſtris. duo ergo pedes ſũt duo
mentis affect⁹. ſ. timor ⁊ amor. pes timoris clauo fortitu/
dinis dz configi ne timidus pp aduerſa ſuccũbat. vñ pſal
miſta. Cõfige timore tuo c. m. a. m. e. t. timui. Dũ eni ĩ pe/
tro metus clauo fortitudinis affixus nõ extitit: ad vocem
ancille xp̃m negauit: cũ vero confixus extitit: ante reges
⁊ preſides nomẽ dñi ꝑdicauit. Pes amoris ſiue appetit⁹
clauo iuſticie dz cõfigi. i. ne cupidus ad illicita deſideria
euaget̃. Si eni apperit⁹ fuerit confixus: tunc ſpũs concu/
piſcit aduerſus carnẽ. ſi vero non fuerit cõfixus: tũc caro
aduerſus ſpm̃ concupiſcit. Sic itaq; xp̃ianus pedes ſuos
cruci debet affigere: ne vel timidus ſuccũbat vel cupid⁹
euaget̃. Alij tamen dicũt ꝙ xp̃s trib⁹ dũtaxat fuit clauis
affixus ſignificãtib⁹ tres cruciatus quos ĩ cruce ſuſtinuit:
vz paſſionẽ ĩ corꝑe. paſſionẽ ĩ mente: ⁊ paſſionẽ in corde.
Ambo eniz pedes vno clauo affixi ſunt ita ꝙ dexter fuit
ſuper ſiniſtrũ: ad ſignificandũ ꝙ ſpũales affectiones ꝑ pe
dem dextrũ ſignificate ſupereſſe ⁊ dñari debẽt terrenis
per ſiniſtrũ ſignificatis. Lãcea vero qua latus eſt vulne/
ratũ charitas eſt: de qua ſponſa ĩ cãticis. Vulnerata ſum
charitate. Lateri qdẽ cor cõtiguũ eſt cuius beneficia di/

ligimus: qđ ideo vulnerandũ eſt vt affectus exeat non ſo
lum ad amicos verũ etiã ad inimicos. Unde dñs ait. Di/
ligite inimicos veſtros ⁊ bñfacite his q vos oderũt: ⁊ ora
te pro perſequẽtib⁹ ⁊ calũniantibus vos. Corona vero ſpi
nea eſt penitẽtia circũponenda capiti. i. mẽti: de qua pſal/
miſta. Conuerſus ſum ĩ. e. m. d. c. ſpina. Hec corona de tri
bus ſpinis complectit̃. ſ. cõtritõe: cõfeſſione ⁊ ſatiſfactõe.
Prima pungit cor per dolorem ꝓpter vanã cogitationẽ.
Secũda pungit os per pudorem propter variã; locutõe;
Tertia manũ per laborẽ ꝓpter iniquã operationẽ. Ma/
nus eni opera ſunt. vnde pſalmiſta. Benedict⁹ dñs deus.
m. q. d. ma. m. ad ꝑliũ ⁊c̃. Et ſalomõ ĩ ꝓuerbys. Dedit ei li
num ⁊ lanam: ⁊ operata eſt cõſilio manuũ ſuaꝝ. Sũt igit̃
due manus duo opeꝝ genera. vz. opus voluntatis ⁊ neceſ
ſitatis. Manus opis volũtarij ↄfigi dz clauo prudẽtie: ne
curua faciat opa tenebraꝝ: dũ. n. ĩ Saulo clauo prudẽtie
confixa non fuit: Saulus eccleſiam perſequebatur. Cum
vero ĩ paulo confixa fuit: ipſe ꝓ eccleſia paſſus eſt. Man⁹
vero operis neceſſarij clauo temperantie: ne lapſa nimis
ad ſuperflua extendatur. Neceſſaria opera ſũt naturalia:
vt dormire: comedere: ⁊ ſimilia. Et nota verſus de cruce.
Pes cedrus ẽ. trũcus cipreſſus. oliua ſupremũ. Palmaq;
tranſuerſũ xp̃i ſunt in cruce lignũ. ¶ Oſculata ⁊ adorata
cruce duo pſbyteri deferunt ad altare corp⁹ dñi qđ pridie
fuerat cõſecratũ ⁊ recõditũ. Sacerdos vero ĩduta caſula
illud ſuper corporale diſponit iuxta latus calicis ĩ quo ſit
vinũ ⁊ aqua mixtum non ſanctificatum: quaſi ipſo facto
dicatur. Hoc eſt illud corpus de quo ſanguis ⁊ aqua fluxe
runt. Utrum aũt ex contactu hoſtie vinum conſecretur:
dcm̃ eſt in titulo ꝑcedenti. Quo fcõ incipit mox. Oremus
ꝑceptis ſalutaribus perficiens dñicam orõnem: ⁊ illã. Li
bera nos queſumus: ĩ quo repñtatur antiqua apoſtolorũ
celebrãdi miſſã cõſuetudo. Prius eni lectiõe ꝑmiſſa dice
bantur ſolũmodo verba illa. Hoc eſt corp⁹ ⁊c̃. Hic ẽ ſan.
me. ⁊c̃. ſed ipſi poſtmodũ dñicam orõnẽ addiderũt: ⁊ ita
illo modo hac die celebrat̃: de quo dcm̃ eſt ĩ ꝑncipio quar
te partis. Ex qbus colligitur ꝙ ſola dñica oratio noon ſuffi
cit ad euchariſtiam cõſecrandã. Sigdez ſacerdos s alio tẽ
pore dicens. Per oĩa ſecula ſeculoꝝ. eleuat calicẽ cuz cor
pore domini. ⁊ poſtea dicens. Preceptis ⁊c̃. calicẽ depoſi
tum iterũ cooperit in quo illud nobis ſignificat̃ ꝙ de cru
ce depoſitum corpus dñi ſepelitur. Duo autez preſbyteri
q hodie corpus ad altare ꝓferũt: repñtant Ioſeph ⁊ nico
demũ q corpus dñi tulerũt ad ſepulchrũ. Tres ꝑmiſſi ca
nonis articuli. ſ. Preceptis: pater nr̃: ⁊ libera nos q̃ſumus
ſuper depoſitũ calicẽ ꝓferunt̃: qꝛ tribus diebus ſepultus
dñs occultat̃. Et oratio ipſa. Libera nos. alta voce: ſicut ⁊
dominica orõ ꝓfertur: put dcm̃ eſt in q̃rta parte ſub ti. de
ſilentio poſt orõnem dñicam. Nec eſt ꝑtereundũ ꝙ hac
die quãdo particula hoſtie ĩ calicẽ mittitur: nõ dñr verba
illa. Fiat cõmixtio: qꝛ ibi de ſanguĩe mẽtio fit: ſed ĩ calice
ſanguis non eſt nec hodie conſecrat̃: ⁊ fracta hoſtia nõ dr̃
Pax dñi ⁊c̃. eo ꝙ oſcula circũſtãtiũ nõ ſequunt̃. Orõ q̊q;
illa. Dñe iheſu xp̃e fili dei ⁊c̃. ⁊ illa. Corpus tuũ dñe: omit
tunt̃: qꝛ ibi mentio de ſanguĩe fit. Omittunt̃ etiã illi v̾s.
Quid retribuã dño ⁊c̃. Illa quoq;. Placeat tibi. ẽt omitti
tur: qꝛ ibi cõtinetur. Preſta vt hoc ſacrificiũ quod oculis
tue ⁊c̃. Hac ẽt die ſacrificium nõ offert̃ ſacramẽta l'r: ſ; ſu
mitur altera die oblatũ. Agn⁹ dei non dr̃: qꝛ non videt̃ eẽ
inuocandus q cernit̃ ĩ agone deficere. Et cuz ſilẽtio ſacer
dos cõicat. vnde poſtcõio nõ cantat̃: qꝛ nobis ſumẽtibus
ſanguis ille quẽ ſumimus de ore noſtro ꝓ nobis ad dñm
clamat. Nos eni ſumus terra illa q̃ aperuit os ſuũ ⁊ bibit
ſanguinem abel. i. xp̃i quẽ effudit cayn. i. populus iudaic⁹
vnde factus eſt vagus ⁊ ꝓfugus ſuper terrã. Iuxta illud.

Diſperde illos in virtute tua: ⁊ factus eſt maledictus. illa maledictōe: ſanguis eius ſuper nos ⁊ ſup filios noſtros. Et rurſus poſtcōio que iubilū ⁊ letitiā ſignificat non dr̄ qꝛ eccleſia illa die plorat. ¶ Sed queriť q̄re xp̄s voluit pati ſexta feria. Reſpōdeo: vt dies q̄ crucifixus ē coaptareť ſexte ferie p̄me creationis: ⁊ ſexte etati huiꝰ mundi. Siqdem i ſexta feria primus homo: ſcꝫ adam creatus eſt ad imaginem dei: ⁊ ex latere eiꝰ dormientis ſumpta coſta femina fabricata. ⁊ i ſexta etate filiꝰ dei: vt hoīem ad imaginem dei creatū redimeret i carne apparuit: q̄ i ſexta feria dormiēs i cruce ſanguinem ⁊ aquam de latere ſuo vn̄ ſanctā eccleſiā conſecraret emiſit. Jdeo ergo i ſexta feria pati voluit: qꝛ cū tali die adaꝫ peccauerit illa ēt die hoīeꝫ redimere voluit. de hoc dcm̄ eſt ſub ti. de natali. ¶ Et nota ꝙ xp̄s cōpletis trigītaduobꝰ annis ⁊ menſibus tribus: vel ſm̄ chriſo. trigīta tribus ⁊ dimidio crucifixus ē: eadēꝫ die q̄ cōceptꝰ ē de v̄gine. ſ. i ſexta feria que fuit. 8. kal. aprilis. de quo diceť i. 7. parte ſub feſto annūciatōis. ¶ Queriť ēt cū de morte ſanctoꝝ cū gaudio feſta i eccleſia celebrenť: qꝛ p̄cioſa eſt i cōſpectu dn̄i mors ſanctoꝝ eius: q̄re eccleſia hodie de morte dn̄i cū gaudio ſil'r non ſolēnizat Videť. n. ꝙ multo magꝭ deberet letari ⁊ feſtuꝫ de illa celebrare cū mors ipſiꝰ ſit p̄cioſiſſima ⁊ mors mortꝭ: ⁊ ē nr̄a redemptio: ⁊ qꝛ apoſtolus gloriandū ait i cruce dn̄i noſtri ieſu xp̄i. Rn̄deo qꝛ ipſe ꝓ peccatis noſtris mortuus ē ſic̄ dicit dn̄s per Jſa. ꝓpter ſcelus populi mei percuſſi eum: ⁊ ideo debet hō erubeſcere nō gaudere cū ⁊ ſol īſenſibilis erubeſcens radios ſuos retrouerterit: qꝛ obſcuratus eſt ⁊ petre ſciſſe ſūt. Merito ergo oīs hō i hac die triſtitiaꝫ pretendit ne eſſe durioꝛ lapidibꝰ videať. Preterea ipſe dn̄s triſtis fuit. Unde triſtis eſt aīa mea vſqꝫ ad mortē: ⁊ etiaꝫ beata v̄go. Unde ⁊ tuā ipſiꝰ aīam pertranſibit gladius: ⁊ apoſtoli de cōſecratōe. di. 3. ſabbato. Merito igr̄ i hac die eccleſia i artiſſimo eſt ieiunio ⁊ ſilentio ⁊ triſtitia cōpaſſionis: de hoc dcm̄ eſt ſub feſto circūciſionis. ¶ Rurſum hūc diē celebramꝰ cū merore: triſtitia: ⁊ abſtinētia. paſſiones vero ſanctoꝝ cū gaudio: qꝛ ſancti poſt martyriū ſtati celos aſcēderūt: xp̄s vo ad īfernū deſcēdit. Sed qm̄ tartara confregit ⁊ īde ſanctoꝝ aīas eduxit: ⁊ tertia die reſurrexit: ideo nūc. ſ. die reſurrectiōis maxime letamur. Hic eſt ꝙ paſſiones patꝝ ve. te. qꝛ ad īferos deſcenderunt nō celebramus p̄terq̄ꝫ inocentiū: ex eo ꝙ i ipſis ſingulis xp̄s occiſus ē: ⁊ Machabeoꝝ: ꝓut i ſeptima parte ſub eorum feſto diceť: de hoc ēt dictū eſt i p̄te p̄ma ſub ti. d̄ picturis. ¶ Et eſt notandū ꝙ xp̄s paſſione ſua redemit non tantū illos q̄ tunc erant in limbo īferni: q̄ locus dicebatur ſinꝰ abrahe vbi lazarus erat: ſed ēt oēs futuros q̄ ſancta morte vitā erāt finituri. Unde oſee vlt. Ero mors tua o mors morſus tuus ero īfer. ſed nec oēs q̄ i iferno erāt īde extraxit. ¶ Jtem queriť quare eccleſia nō ↄſecrat hac die corpus dn̄i cū dn̄s dixit. Hoc facite i meā cōmemoratiōem. Et i gabilon̄. cōcilio de con. di. i. viſum. dr̄. Nulla dies excipitur qua non pro viuentibus deprecet̄. Preterea cum chriſtus imolatꝰ hac die ⁊ ſabbato quieuit in ſepulchro: ⁊ diſcipuli totā noctē ſequētē vſqꝫ diluculo in triſtitia trāſegerint: rōnabil'r videreť vt i hac die corpus dn̄i conficeretur. ⁊ ide vſqꝫ ad p̄mam ſabbati iugi ſilentio cōſopiti a ſacri altaris myſterio vacareť. Rn̄deo. ad hoc multiplex rō reddi pōt. Prima eſt. dominus noſter p̄die q̄ꝫ pateretur accipiens panē ⁊ calicē benedixit. deditqꝫ diſcipulis dicens. Hoc eſt corpus meuꝫ. Hic eſt calix meꝰ. ⁊ tunc imolatus eſt i manibus ſuis: de qua imolatōe ſubiunxit. Hoc facite in meam cōmemorationem. Jlla igitur die. ſ. feria qnta non eſt omittēda cū ſit firmiter iuncta. ſexta vero feria eſt dies ſcd̄a qua velut i monumēto q̄eſcit. ſabbatū tertia qua velut a morte reſurgit. reſurrexit eni ante diē. Triduū ergo dominice mortis quod perfici nequit eo reſpectu ꝙ ipſe a iudeis eſt trucidatꝰ: eo trāſponitur ꝙ ipſe ſuis manibꝰ imolať. Cuius quoqꝫ rei illud magnū eſt indiciū ꝙ i nocte cene luminaribus extinctis vigilias celebramus. Sicqꝫ vt in qn̄ta feria quaſi ſexta in duplū manna colligať. quoniam i hac die quaſi in ſabbato nō inuenitur. Secūda rō eſt: qꝛ eccleſia corpus illud quod flagell'ꝭ ſpinis ⁊ cōtumelijs iſta die reuera affectum eſt: non dꝫ cū miſſarū ſolēnitatibus celebrare: qm̄ veniente veritate dꝫ ceſſare figura. Tertia. quia oblata ē hoſtia de manibꝰ xp̄i ⁊ nr̄is. Non ergo ſacrificent amici dū trucidāt inimici: ſꝫ tamē qꝛ ſemper īdigemꝰ ↄmunione ⁊ ſemper eſt tempus cōicandi. ſacerdos ipſū corpꝰ recipit i hoſtia a die antecedenti reſeruata. Quarta rō eſt qm̄ hac die velum templi ſciſſū ⁊ cornua altaris trāſuerſata ſunt: ⁊ ita nō habemus vbi corpus xp̄i conficiatur. Quita eſt qꝛ. ſ. receſſit ⁊ ſublatus eſt verꝰ ſacerdos. i. xp̄s ſpōſus eccleſie. deſcēdit. n. ad īferos. Sextam rōnē ponit Jnno. papa de conſe. di. 5. ſabbato: dicens ꝙ ideo i die paraſceue ⁊ in ſabbato ſancto ſacramentū nō celebratur. qꝛ cōſtat apoſtolos iſtis duobus diebus in meroꝛe ⁊ in triſtitijs fuiſſe: ⁊ ſe propter metum iudeoꝝ occultauiſſe. Miſſa enim que in ipſo ſabbato celebratur: nō ad ipſum ſabbatū: ſed ad diē pertinet ſubſequentē: vt ifra diceť. Septīma qꝛ Moyſes ait. Uos tacebitis: ⁊ alius. ſ. chriſtus pugnabit pro vobis. torcular eniꝫ calcauit ſolus. Cū igiť hac die nō ſit corpus domini cōficiendū: ad hāc diem reſeruandū eſt. Hec ſexta feria. ⁊ ab iſta omnes alie ſexte ferie priuilegiate ſunt propter chriſti paſſionē: ſicut ⁊ a ſequēti dominica oēs alie dominice propter eius reſurrectionē. Sunt autē huiuſmodi ſexte ferie ſex priuilegia. ſ. xp̄i imolatio. inferni ſpoliatio. mortis ↄculcatio. humani generis redēptio. paradiſi apertio. ⁊ ſcripturaꝝ manifeſtatio. Jn paraſceue vno ſolo cibo veſcimur. qꝛ xp̄s ea die vnū. ſ. latronē ſibi icorporauit dicēs Hodie mecū eris in paradiſo. Unde ip̄e dixit. Singulariter ſum ego donec tranſeam.

## ¶ De ſabbato ſancto paſce. Rubrica.

SEqtur videre de ſabbato ſancto paſche Sane ſicut deꝰ operibus creatiōis mūdi. ſ. i ſex diebꝰ cōpletis in ſeptima regeuit ab oī opere qd̄ patrarat: ſic ⁊ i ſexta etate recreationis operibus ↄſumatis: iuxta qd̄ dn̄s i cruce pendens dixit. Cōſumatū eſt. i ſeptima etate regeuit. Cū eni anima eius paſſibilitatē corpis exuit quodāmō regeuit: ⁊ preterea in ſepulchro dormiuit. ideoqꝫ dies iſta ſabbatum appellatur qd̄ reqes iterpretať: vt dcm̄ eſt in ꝓhemio ſecunde partis: qd̄ anthonomatice ſabbatū ſanctum dr̄ eo ꝙ vt premiſſū ē: ſignificat requiem xp̄i ab opere recreatōis i fine ſexte etatis. vel ꝓpter regem xp̄i in cuius morte ſanctificati ſumꝰ. Dr̄ etiā ſanctū ꝓpter baptiſmū qd̄ fit in die iſta in qua noua eccleſie ꝓles ſanctificatur. Hec aūt dies ſicut precedens nullū hꝫ officiū diuinū: in quo cōſtat apoſtolos fugiſſe ⁊ in meroꝛe fuiſſe: de cō. di. 3. ſabbato. Nam officiū quod cantať eſt noctis diei dn̄ice: de con. di. i. in ieiunijs. 75. di. ꝙ a patribꝰ. ſ. de reſurrectione non de ſabbato. ſicut ⁊ cōtingit i ſabbatis quattuoꝛ tēpoꝝ: quod apparet qꝛ dr̄ in cerei benedictōe. Hec ē nox. ⁊ in collecta miſſe. Deꝰ q̄ hāc ſacratiſſimam noctē. vn̄ de antiqꝰ totū offm̄ de nocte dicebať: ⁊ adhuc in pleriſqꝫ locis fit. Primo ad notandū ꝙ cathecumini quoꝝ eſt ipſū offm̄ ſepulti cū xp̄o per baptiſmum reſurgunt cum ipſo. Secundo ꝓpter viſitationē mulieꝝ ad ſepulchrum dn̄i mane venientium. Tertio qꝛ dn̄s de nocte reſurrexit ſꝫ

Hiero. ⁊ Grego. ⁊ Ambro. ⁊ ideo q̄ꝛ nox illa tanto lumine
illuſtrata eſt de dn̄i reſurrectōe: merito tūc vigilare ⁊ dō
laudes canere debem⁹. Traditio q̄ꝙ iudeoꝝ eſt xp̄ꝫ me
dia nocte venturū: ī cui⁹ figura angelus trāſiuit media no
cte percutiēdo p̄mogenita egyptioꝝ: ⁊ dn̄s trāſiuit ꝓtegē
do p̄plm ſuū. Et hiero. Reor igr traditiōeꝫ apoſtolicam
ꝑmanſiſſe. vt ī die vigiliaꝝ paſche ante noctis mediū di
mittere nō liceat populos expectantes xp̄i aduētū: vt re
ſurgenti ſaluatori occurrant. ⁊ poſtq̄ꝫ tempus illud trāſie
rit ſecuritate p̄ſumpta feſtū cūctos agere diē. Sed q̄ꝛ qḋ
ꝓ deuotōe fuerat īſtitutū i min⁹ honeſtas actōes q̄ b⁹ nox
facultatē prebet cōuerſū eſt. iſtitutum fuit vt offīn ipſius
noctis de die celebraretᷣ. De hoc tactū eſt ī ꝓhemio quar
te partī: ⁊ in q̄nta parte ſub ti. de nocturnis. Auguſtinus
tamē dicit dn̄m ī diluculo ſurrexiſſe. ⁊ ipſū ꝑ quadragita
horas mortuū ſiue ī ſepulchro extitiſſe. cui eccl'ia ꝯſētire
vr̄ q̄ ꝓ reſurrectōe matutinū eadē celebrat hora. Silet ḡ
eccl'a vſq̄ꝫ ī horā decimā: ⁊ tc̄ ꝯgregātᷣ ad offīn celebrādū
q̄ñ reſurectio appropīquat. vꝫ. circa veſpaꝫ noctis q̄ luce
ſcit ī p̄ma ſabbati: ⁊ quā ꝑ totā noctē vſq̄ꝫ ad diei clarita
tē ꝯtinuat vt illḋ ipleatᷣ. Nox illuminatio mea ī delicijs me
is ⁊ nox ſicut dies illumiabitᷣ. Trib⁹ aūt de cauſis dr̄ hec
dies illumiata. Primo q̄ ꝗ refulget in delicijs nr̄is ꝓpter
redēptionē ſeu reſurrectioneꝫ aiaꝝ que lꝫ fit in die para
ſceue morte domini recuperata: ci⁹ tamen gaudium ⁊ le
titia eſt ad hanc noctem tranſlata ꝓpter rōnē poſitā ſub
q̄nta feria cene dn̄i vbi agitur de olei cōſecratione. Scḋo
ꝓpter reſurrectōeꝫ corpoꝝ que dn̄o reſurgente p̄ma ſab
bati ſperatᷣ futura. ideoq̄ꝫ vigilamus ⁊ reſurgenti vigilan
do cōcinimus. Tertio ꝓpter baptiſmi ſacr̄m quod hodie
celebratᷣ. q̄ñ ab illis cauſis ſūpſit exordiū ⁊ illarū nobis
tribuit fructū. Celebratᷣ eni hac die cathecuminoꝝ offi
cium: vt ipſi xp̄o cōſepulti ad baptiſmū i morte eiꝫ eo re
ſurgant. Hec ergo nox paſcha dr̄ qḋ tranſitus iterpretatᷣ
qua tranſiuit dn̄s ḋ mundo ad patrē: ḋ morte ad vitā. trā
ſimus ⁊ nos. Paſcha. n. noſtrū imolatus eſt xp̄s: ḋ hoſte
ad p̄rem: ḋ tenebris ad lucē: ḋ reatu ad gr̄am: de pena ad
gloriam: de pugna ad victoriam. Hec nox ſiue paſcha i q̄
reſurrexit dn̄s fuit. 17. luna menſis p̄mi. i. aprilis q̄ eſt pri
mus apud hebreos: q̄ cōputāt mēſes ſm̄ lune curſuꝫ. Iḋ
q̄dem in mēſe p̄mo reſurrexit: q̄ꝛ ipe eſt p̄ncipiū. Item iḋ
in luna. 17. vt per obſeruatōem decalogi perduceret nos
ad eternam requiē ſabbati ſui. Surrexit igᷣ tūc cū luna
alta petit: ad deſignandū q̄ eccleſia petere debet alta vir
tutū: ⁊ ſcādere ad tēpla celoꝝ. Itē ī tertia hebdomada lu
ne ſurrexit: per qḋ tertiū tp̄s. ſ. gratie aduenisse ſignifica
uit: ⁊ ide eſt q̄ cū ſemper ī lunatione aprilis ⁊ ī plenilunio
hanc ſolemnitatē ex iuſſu dn̄i celebrem⁹: q̄ñq̄ꝫ ī nr̄o aprili
⁊ q̄ñq̄ꝫ in martio eā ſolēnizamus. ſed cū poſt. 12. lunatōes
ꝯſtituimus. īnuitur q̄ ꝑ decem legis ⁊ duo charitatis p̄ce
pta ad reſurrectiōis gloriā perueniem⁹. Si vero eaꝫ poſt
13. lunatōes obſeruam⁹ inuitᷣ q̄ per decalogū ⁊ trinitateꝫ
ꝑuenienius ad gl'iam eternitatis. Adhuc iḋ hec nox ī ple
nilunio celebratᷣ: q̄ñ luna iubar luminis a ſole mutuatᷣ.
Luna eſt eccleſia. ſol xp̄s q̄ dū occidit occiditur: ſed eius
occaſu eccleſia gr̄e plenitudine illuſtratᷣ. Iteꝫ hec nox in
qua xp̄s reſurrexit eq̄nōctio tranſacto q̄ñ. ſ. dies īcipiunt
creſcere ⁊ eē maiores noctib⁹ celebratur. Primo q̄ꝛ poſt
ignorantiā ꝓlongatᷣ de deo ſcia ⁊ vbi abundauit iniq̄tas
ſuperabundauit ⁊ gr̄a. Secūdo q̄ꝛ v̄tutes ī nobis creſcere
⁊ vitia ſuperare debēt. Tertio q̄ꝛ per ei⁹ reſurrectionem
tenebre mortis cepere minui ⁊ dies vite incepit augeri.
Quarto q̄ꝛ per ipm̄ q̄ eſt lumē de lumine: ꝑuenitᷣ ad dieꝫ
lucis eterne. Item hec nox celebratᷣ in vere quando poſt
hyemis aſꝑitatē flores v̄nāt. ⁊ volucres iubilāt q̄ꝛ pulſo ꝑ
fidē gelu mūdus floruit pulchritudie v̄tutū. Et ī oēꝫ ter

ram exiuit ſon⁹ eoꝝ. H̄ nox ē vtriuſq̄ꝫ diei cōis. ſ. ſabbati p̄
cedentis ⁊ dn̄ice ſeq̄ntis. Nā vſq̄ꝫ nūc dies p̄cedebant no
ctē nūc ecōuerſo fit. Conditor. n. tp̄is fecit vt a p̄ncipio di
es nāl'r p̄cederet noctē ſꝫ qḋ dicᷣ ſcriptura fiat lux ⁊ fcā eſt
lux. ⁊ ea ꝓcedēte ꝑ ſupi⁹ hemiſpiū ab oriēte ī ocidētē fcꝫ
ē veſpe: ⁊ r̄deūte ea ꝑ īferi⁹ hemiſpiū ab occidēe ī oriētē
fcꝫ ē mane. Preceſſit ḡ dies noctē ī ſignū q̄ hō ſiue Adaꝫ
tranſitur⁹ erat de luce v̄tutū i tenebras vitioꝝ ſiue q̄ hō a
die ꝑadyſi dſcēderet ad noctē īferni. ſꝫ ī r̄ſurrecōis nocte
artificial'r fecit dn̄s vt nox reciprocādo p̄cederet diē ī ſi
gnū repatōis ſcḋi ade: q̄ nos ꝑ ſuā reſurrectōeꝫ ḋ pctōꝝ te
nebris repauit ad lucē. Vñ apl's. Nox p̄ceſſit: dies aūt ap
propinq̄bit. Serẽati igᷣ h⁹ diei offīn ꝓſeq̄uētes dicemus.
Primo ꝑ quē quō ⁊ q̄re agni de cera hac die fiāt. Scḋo de
bn̄dictōe cerei. Tertio de lectōib⁹ ⁊ tractib⁹. Quarto de
bn̄dictōe baptiſmi ſiue fōtiū vbi ēt agitᷣ ḋ cereis cathecu
minoꝝ. Quīto ḋ baptiſmo vbi agitᷣ ḋ veſtib⁹ q̄s neophiti
octaua die dponūt ⁊ ḋ p̄rinis. Sexto ḋ ꝯfirmatōe: Septi
mo ḋ miſſa. ¶ Per quē quō ⁊ q̄re agni ḋ cera fiāt. Ru.

In p̄mis itaq̄ꝫ hac die accoliti eccl'ie ro
mane faciūt agnos ḋ cera noua bn̄dcā:
vel de cera cerei paſchal' āni p̄cedētis ad
mixto chriſmate q̄ ī ſabbato ī albis in ec
cleſia ꝑ dn̄ꝫ papā ꝑp'lo diſtribuūtᷣ. Agni
iſti ſignificāt agnū illū īmaculatū q̄ tol
lit pctā mūdi. Cera ſignificat ei⁹ hūani
tatē ſicᷣ btūs gre. dicᷣ mel ī cera diuitas ī hūanitate. Apis q̄
dē q̄ opatᷣ cerā cū melle: nll'a reſoluitᷣ libidie. ⁊ btā v̄go eū
q̄ ē ds ⁊ hō ꝯcepit ſine virili ſemie. Iñ cera admiſcetᷣ oleū
ſeu criſma: q̄ꝛ dn̄s nr̄ plen⁹ ē mīa: q̄ ꝑ oleū dſignatᷣ. in octa
ua diſtribuūtᷣ: q̄ꝛ ī octaua r̄ſurrectōis dn̄s ſuis p̄mia diſtri
buit. Rurſus agn⁹ ī agno cereo p̄figurat⁹ ⁊ ī paſcha imola
t⁹ ad mēoriā r̄ducitᷣ. cui btūs gre. oleū īfūdi īſtituit q̄ñ pa
ſcal' agni myſteria reſ̄auit. Hi ēt cerei agni figurāt tagnos
nouellos. ḋ q̄b⁹ eccl'ia cātat ī ſabbato ī albiſ: ⁊ iḋ q̄ñq̄ꝫ ī illo
ſabbato fiūt qḋ ēt vſus apl'ic⁹ docet: q̄ñ ī dn̄ica tūc ſeq̄nti
dn̄o pa. mēſā itrāte ⁊ agnos cereos capellanis ⁊ fāil'aribꝰ
ſuis diſtribuerᷣ volēte. vn⁹ acolit⁹ ſolēniter portās ⁊ p̄ñtās
ſibi agnos ipos dicᷣ ter alta voce. Dñe. d. iſti ſūt agni ī nouel
li q̄ ānūciauerᷣt all'a: mō venerᷣt ad fōtes ⁊c̄. Hi a gnuia ful
gurē ⁊ tēpeſtate fideles ⁊ credētes dfēdūt ꝑꝑ v̄tutē ꝯſecra
tōis ⁊ bn̄dictōis. ſanc ſꝫ q̄rūdā eccl'iaꝝ ꝯſuetudinē cere⁹
diſtribuitᷣ ī octaua paſce ꝑp'lo ad ſuffumigādas domos:
ad ſignificādū q̄ ī vltia r̄ſurrectōe xp̄o fidelib⁹ ī p̄mio tri
buetᷣ: ad qḋ exp̄ſſi⁹ ſignificādū rōana eccl'ia agnos fecᷣ ſu
pradcōs. ¶ De bn̄dictiōe cerei. Rubrica.

Secūdo loco paſcal' cere⁹ bn̄dicitᷣ. Circa qḋ
ſciēdū ē q̄ ī p̄n⁹ officij tot⁹ ī eccl'ia dꝫ ignis
extigui ⁊ nou⁹ ḋ lapide ꝑcuſſo cū calibe vl'
ex criſtallo ſoli obiecta dꝫ elici ⁊ de ſarmē
to foueri. Ignis vet⁹ ve. ſignificat legē: c⁹ fi
gure ī morte xp̄i ꝯplete fuere: ⁊ iḋ velut ex
tincte ceſſare dbuerᷣt. ſꝫ ḋ lapide. i. ḋ xp̄o q̄ ē
lapis āglar' q̄ v̄bere crucis ꝑcuſſus ſp̄m ſan. nob effudit. vl'
ḋ criſtallo īter ſolē ⁊ eſcā mediāte. i. ḋ xp̄o q̄ fuit mediatō
īter deū ⁊ hoieꝫ q̄ ſicᷣ ipe teſtatᷣ ignē ī terrā mittere vēit:
nou⁹ ignis elicitᷣ dū ꝑ ei⁹ paſſionē vl' reſurectōeꝫ ſp̄ūs ſcūs
nob effūditᷣ cui p̄bet alimētū ſacrꝫ. i. xp̄s q̄ ē vit' v̄a. Chri
ſtall⁹ q̄ꝫ ꝑlucida ē. xp̄i hūanitas r̄ſurrectōe ſplēdidiſſima
Ad h̄ nou⁹ ignis iḋ bn̄dicitᷣ vt ſicᷣ ille q̄ ē lum̄ īdeficiēs illu
minās oēꝫ hoieꝫ veniētē ī hūc mūdū igne illuiauit moy
ſen: ita illumiet ſēſus ⁊ corda nr̄a vt ex his tenebris ad lu
mē ⁊ vitā eternā mereamur ꝑuenire. Nec ē vana religio
ſolēni ꝓceſſiōe ad h⁹ ignis bn̄dictōeꝫ exire. ī q̄ meminiſſe
debemus exeundū nobis eſſe ad illū quē iudei extᷣ caſtra
eiecerūt. Exeam⁹ inquit apoſtolus ad eum extra caſtra

ſmpropoꝛiũ ei⁹ poꝛtãtes ⁊ bñdicim⁹ illũ cũ cruce ⁊ aq̃: vt
nos i paſſiõe ei⁹ ꝑ quẽ ſpm ſcm̃ accipim⁹ lotos eẽ ſignifice
m⁹. ¶ Ruꝛſus extinctis eccleſie luiaribus ⁊ igne d̓ petra
cũ calibe excuſſo ignis aq̃ aſpergit̃ bñdicta: qꝛ extinctis
aplis q lumẽ mũdi a xp̃o dicti ſũt. d̓ xp̃o petra excuſſus ẽ
ignis charitatis cũ calibe lancee vulnerantis dñ ſanguis
⁊ aqua de eius coꝛꝑe ſacro emanauerũt a qb⁹ habẽt effi
caciam ſacr̃a: qbus mediãtibus i amoꝛe dñi inflãmamur
aqua grẽ ꝑfuſi. Et attẽde ꝙ ſicut i his ſingulis diebus. ſ.
cena dñi. paſceue. ⁊ ſabbato ſancto ignis extinguit̃ ſic̃ vo
lunt qdam: vt ẽt ex eis nouus ignis i memoꝛiã paſſionis:
vt p̃diximus accendat̃. Subſequenter bñdicit̃ cere⁹ ex
inſtitutione çoçimi ⁊ theodoꝛi p̃mi pape. ſed beatus Am
broſi⁹ bñdictionẽ dictauit. quãq̃ꝫ Aug. ⁊ petrus dyacon⁹
caſſineñ. monachus al̓s bñdictiões dictauerũt q̃ i vſu nõ
ſunt. Bñdicit̃ aũt iõ: qm̃ ex ſimplici ſui nã̃ abſq̃ꝫ benedi
ctione nõ põt tranſire ad ſignificationeꝫ myſterij colũne
ignis. de q̃ iam dicet̃. Bñdicit̃ etiã ꝑꝑ gloꝛiã reſurrectio
nis eius quẽ ⁊ pater bñdixit: ⁊ qꝛ ꝑ ipſũ ipſe xp̃s viſibili
ter ad memoꝛiã reducit̃. Bñdicit̃ qdem ẽt p̃ñte ep̃o vl̓
ſacerdote a dyacono q ẽ minoꝛis oꝛdinis: qꝛ xp̃s r̃ſurgẽs
a moꝛtuis p̃mũ Marie magdalene ſe manifeſtãs voluit
ꝑ debilioꝛẽ ſexũ gloꝛiã ſue reſurrectiõis aplis nũciari: vt
ſicut nr̃e moꝛtis initiũ ꝑ mulierẽ i mũdũ intrauerat: ita ⁊
reꝑationis initiũ ꝑ mulierẽ mũdo nũciaret̃. Adhuc dya
conus bñdicẽs cereũ ſignificat euãgelij p̃dicatoꝛẽ q xp̃ꝫ
ꝓ nobis paſſionis violẽtia coꝛpoꝛaliter extictũ dꝫ laudũ
bñdictionib⁹ p̃dicãdo reſurrectõis luminoſa grã redde
re illuſtratũ: q dalmatica induit̃: qm̃ dꝫ eẽ celeſti ꝯuerſa
tione adoꝛnatus quã dalmatica ipſa deſignat. ¶ Poꝛro
cereus ſuꝑ colũnã illuminatus ſignificat p̃mo columnã
ignis q̃ p̃cedebat i nocte pplm̃ iſrael. extict⁹ v̓o ſignificat
colũnã nubis q̃ p̃cedebat i die p̃ma qdẽ de nocte illumi
nans: ⁊ ſcd̃a i die refrigerãs i q̃ ſp̃us ſcũs ſignificabat̃. Te
nuit qdẽ i nobis colũna nubis figurã humanitatis: ⁊ colũ
na ignis figurã dĩnitatis. Recte aũt cereus colũnã ſigni
ficat. Nam ille p̃ceſſit pplm̃ ad mare rubꝛũ in quo bapti
çati ſunt. iſte v̓o p̃cedit neophitos ad baptiſmũ. Iteꝫ ille
p̃ceſſit pplm̃ vſq̃ꝫ ad terrã ꝓmiſſionis. iſte v̓o p̃cedit ſeptẽ
dieb⁹ neophitos ad fontes: ⁊ dñs nos p̃cedit vt paret no
bis viã vſq̃ꝫ ad patriã q̃ poſt finẽ hui⁹ vite q̃ ſeptenario re
uoluit̃ nobis ꝓmittit̃. ¶ Et nota ꝙ nec i p̃ma nec i ſecun
da mãſiõe colũna p̃ceſſit pplm̃ ſed tertia. p̃ma mãſio fuit
in ramatha. ſcd̃a i segoꝛ. tertia i ethan. Ramatha iterpre
tatur cõmotio tinee. ſegoꝛ tabernaculũ. ethan firmũ vel
ꝑfectũ vel ſigna eius. he tres mãſiones his trib⁹ diebus
dñi coaptant̃. ſ. diebus paſſionis ſepulture ⁊ reſurrectõis
Naꝫ i die paſſionis fuit dñs q̃ſi i ramatha. i. i cõmotione
tinee. vꝫ. i cõmotõe iudeoꝝ q̃ ad modũ tinee veſtẽ iconſu
tilẽ dñi. i. eccleſie vnitatẽ. imo ⁊ ipſum demoliri nixi ſũt.
Sed de hac mãſione q̃ſi exiuit cũ obijt ⁊ venit i ſegoꝛ. i.
in tabernacula cum i ſepulchꝛo latuit ⁊ tã̃q̃ꝫ foꝛtis miles
foꝛtẽ dyabolũ ligando vaſa eius diripuit. tabernacula. n.
militantiũ ſunt. Sed de hac mãſione exiuit cũ ſurrexit ⁊
itrauit i ethan. qd̓ iterp̃tat̃ firmũ ſeu ꝑfectũ ſeu ſigna ei⁹
qꝛ ipſe reſurgẽs a moꝛtuis iã nõ moꝛit̃: moꝛs illi vltra nõ
dñabitur. tunc ſignaculũ ſuis fuit cũ ipſe eis gloꝛioſus ap
paruit: ⁊ eos tã̃q̃ꝫ colũna ignis illuminauit. Scd̃o cereus
ſuꝑ colũnã ſignificat xp̃m q nos in hui⁹ mũdi nocte illu
minat: ⁊ in die a vitioꝝ incẽtiuo refrigerat vt p̃miſſuꝫ ẽ.
Recte quidem cereus xp̃m ſignificat ꝑꝑ tria q̃ in eo ſũt.
licbimen nã̃q̃ꝫ aiam: cera coꝛpus: ⁊ lumen diuinitatem ſi
gnificat. Tertio cereus renouat⁹ ⁊ illuminat⁹ poſt bñdi
ctionem ſignificat nouã xp̃i doctrinaꝫ q̃ eſt in nouo teſtõ
qui ait. Mandatũ nouũ do vobis. vel grãm nouã q̃ nox
dñica ſingulariter illuſtrata eſt. vꝫ. xp̃i reſurrectioneꝫ q
reſurgens a moꝛtuis apparuit in carne gloꝛioſus: ⁊ ſplẽdo
re diuinitatis illuminatus. Hui⁹ enĩ cerei ceraꝫ apes ma
ter ſine ꝯcubitu eduxit: ⁊ xp̃i carnẽ v̓go Maria ꝯcepit ⁊
peperit: ⁊ in carne deũ q̃ſi mel in cera ꝓferens inuiolata
ꝑmanſit. Incipit aũt cerei bñdictio. Exultet iã angelica
turba. de hoc enĩ eſt exultatio ꝙ extraxit ſuos de iferno
⁊ de eius victoꝛia. Aſcendit enĩ ſuꝑ occaſum. dñs nomen
illi. ⁊ p̊ ſalutat pplm̃ dicens. Dñs vobiſcuꝫ. vt illũ reddat
beniuolũ ⁊ attentũ. Ceterũ lumẽ cerei ſeu ei⁹ ſignificatio
duplex eſt. ſignificat enim ſp̃um ſcm̃ quo xp̃s plenus fuit
⁊ gloꝛiã reſurrectõis ei⁹. Scd̃m p̃mũ myſteriũ in qbuſdã
eccleſijs cereus a p̃ncipio bñdictõis accẽdit̃ qꝛ xp̃s ab ini
tio ſue ꝯceptõis ſp̃u ſcõ fuit repletus. Et v̓ba bñdictionis
in h̓ ꝯſonare vident̃. Nam ſtatim circa p̃ncipiũ dicitur.
Gaudeat ſe tellus tãtis irradiata fulgoꝛib⁹. ⁊ poſtea ſub
dit̃. Letet̃ mr̃ eccl̓ia tanti luminis adoꝛnata fulgoꝛib⁹. ⁊
poſtea dyaconus rogat circũſtãtes cuꝫ eo miſericoꝛdiam
dñi inuocare ad tã mirã hui⁹ lumĩs claritatẽ: qd̓ lꝫ d̓ ſigni
ficato intelligat̃. ſ. d̓ xp̃o ꝯueniẽs tñ videt̃ vt ⁊ ipſuꝫ ſigni
ficans ei aliquo mõ: ꝓut fieri põt rñdeat. ⁊ ei⁹ ſilitudinẽ
gerat. Quantũ ad alterũ v̓o myſteriũ. vꝫ. ꝙ lumẽ gloriaꝫ
reſurrectõis ſignificat. In qbuſdã eccleſijs illuminatio
cerei vſq̃ꝫ poſt appoſitionẽ incẽſi deferẽ. infigit enim ipſi
cereo dyacon⁹ q̃nq̃ꝫ grana thuris in modũ crucis cũ dicit
Suſcipe ſcẽ pr̃ hui⁹ incenſi ſacrificiũ veſꝑtinũ. ſiqdẽ paſ
ſio ſaluatoꝛis v̓ra fuit ſacrificiũ veſꝑtinũ legis. iux̃ illd̓.
Eleuatõ manuũ meaꝝ ſacrificiũ veſꝑtinũ: qꝛ fuit i veſꝑa
mũdi. i. in ſexta etate factũ: ⁊ in veſꝑa diei. q̃ grana thuris
deſignãt aromata q̃ mulieres emerũt vt vngerẽt cruci
fixũ. Emerũt enĩ ad lr̃am aromata veſpe ſabbati: qꝛ ſab
bato ſiluerũt ꝑꝑ feſtũ ſabbati: ⁊ oñdit eccl̓ia ſe illã deuo
tionẽ hr̃e i aromatib⁹ v̓tutũ. vel q̃nq̃ꝫ grana ſignificãt q̃n
q̃ꝫ plagas i cruce receptas. Poſt h̓ aliquãtulũ iferi⁹ fit ce
rei illumĩatio qꝛ poſt paſſionẽ ſecuta ẽ reſurrectõis gl̓ia ⁊
lucet cathecumĩs añ baptiſmũ ⁊ poſt vſq̃ꝫ ad octauas: ad
notãdũ ꝙ xp̃s lucet eccl̓ie vſq̃ꝫ i diẽ iudicij. In cereo etiã
affigit̃ tabula ſeu carta ſcripta: q̃ ſignificat tabulã i q̃ pila
tus ſcripſit. Ih̃s naça. rex iudeoꝝ. quã vidim⁹ pariſi⁹ i ca
pella illuſtris regis frãcoꝝ vna cuꝫ ſpinea coꝛona ⁊ ferro
⁊ haſta lãcee ⁊ cũ purpura q̃ xp̃m iduerũt ⁊ cũ ſyndone q̃
coꝛp⁹ fuit iuolutũ: ⁊ ſpõgea: ⁊ lig̊ crucis ⁊ vno ex clauis et
alijs religiis mltis. Et cũ cere⁹ xp̃ꝫ ſignificet merito i dcã
tabula iſcribit̃ ãn⁹ dñi tẽ currẽs cũ eius icarnatõe qꝛ i ce
reo nõt̃ ꝙ xp̃s ẽ ãn⁹ ãtiqu⁹ ⁊ magn⁹ plen⁹ dieꝝ: d̓ q̊ i octa
ua ꝑte ſub ti. d̓ ãno ſolari dicet̃. Iõ ãt xp̃s ãn⁹ dr̃: qꝛ ſic̃ in
ãno dieꝝ hr̃ mltitudo fructuũ: ita ⁊ i xp̃o fuit ⁊ ẽ mltitu
do oĩuꝫ bonoꝝ. hꝫ. n. xp̃s ſuos mẽſes: vt ſũt duodeci apl̓i.
⁊ ſuos dies: vt ſũt oẽs fideles. ſuas hoꝛas vt ſũt neophiti.
Scribit̃ ẽt i illa tabula ãn⁹ ab oꝛigine mũdi currẽs ad no
tãdũ ꝙ ipe ẽ alpha ⁊ o. Scribit̃ ẽt ibi idictio vl̓ era: ⁊ epa
cta. d̓ qb⁹ ſub ti. d̓ ãno ſolari dicet̃ ad notãdũ ꝙ hoĩuꝫ ac
tões ⁊ tꝑoꝝ ſucceſſiões ꝑ dei diſpõnẽ oꝛdinãt̃. In qbuſdã
eccl̓ijs addit̃ alter cere⁹ mioꝛ. p̃m⁹ maioꝛ ꝯſecrat̃ i ꝑſonã
xp̃i dicẽtl. Ego ſũ lux mũdi. alr̃ i ꝑſonã aploꝝ qb⁹ ipe dñs
inqt. Uos eſtis lux mũdi. vterq̃ꝫ cere⁹ p̃cedit cathecuĩos
ad baptiſmũ ⁊ apl̓i nos ad terrã ꝓmiſſiõis. Itẽ xp̃s ꝑ ſe il
luĩat eccl̓iã. illuĩat ẽt illã ꝑ apl̓os q̃ꝝ p̃cepta diligẽter itu
eri ⁊ obſ̓uar̃ debem⁹ qd̓ oñdit̃ ex illuĩatõe alioꝝ cereoꝝ
q ab alijs duob⁹ illuĩant̃. In pleriſq̃ꝫ v̓o eccleſijs duo alij
ꝑui cerei accẽdũt̃ a maioꝛi: ⁊ ſtatuit̃ vn⁹ ab vna ꝑte cerei
bñdicti ali⁹ ab alia: q ſignificãt ſcõs noui ⁊ ve. te. q ꝑ xp̃m
illuĩati ſũt ⁊ ꝑ doctrinã aploꝝ ⁊ ꝓphe. q cũ xp̃o ꝯcoꝛdãt.
Illi ãt ⁊c̃. Eccl̓ie luiaria ex igne maioꝛis cerei accẽdunt̃
ad figurãdũ ꝙ ignis ſp̃s ſci a xp̃o p̃cedit: ⁊ ꝙ ñ ſolũ p̃her

apoſtoli qui ꝑ duos cereos ſignificant̃. verũ etiaꝫ omnes
eccleſie fideles a xp̃o illuminati ſũt: q̃ ideo ſũt duo: tũ q̃a
ap̃li bini ad p̃dicãdũ miſſi ſũt: tũ qꝛ diſcipuli ⁊ alij illumi
nati a xp̃o gemina charitate ferueñ. ⁊ tã v̄bo q̃ȝ exemplo
lucẽt. Poſſũt ẽt ipſi duo cerei cathecuminos ſignificare
q̃ a lumine maioris cerei accẽdunt̃: q̃m̃ a lumĩe xp̃i oꝫ ca
thecuminos illuminari. Lumen q̃dẽ xp̃i eſt ei⁹ gl̃ia ⁊ do
ctrina: q̃ ꝑ ſequẽtes lectões itelligunt̃ ſeu inſinuant̃.

TErtio loco circa lectiões ⁊ circa tractus
ſciẽdũ q̄ lectiones q̃ xp̃i gloriã ⁊ doctri
nam ſignificãt: iccirco carẽt titulo: quia
cathecumini nõdũ ſũt ciues ĩ hieruſalẽ
⁊ ſcripturas ignorãt. ⁊ noĩa ciuiũ hieru-
ſalem ignorãt. Vñ ſi eis noiarent̃ noĩa
doctorũ veteris vel noui teſti forte po-
ti⁹ ↄtẽnerẽt q̃ȝ venerarent̃. Carent ẽt titulo: qꝛ chriſtus
caput nr̃m nõdũ redditũ eſt nobis. Legunt̃ quoq̃ȝ ſine
tono: q̃m̃ ĩ eis iſipiẽtes ⁊ cathecumini ſimplices iſtruũt̃.
Lectiões aũt ĩ q̃buſdã eccleſijs legunt̃ q̃ttuor. ĩ q̃buſdã
ſex. in q̃buſdã. 12. ⁊ ĩ quibuſdã. 14. Qui q̃ttuor legũt iõ fa
ciũt qꝛ doctor cathecuminoꝝ dꝫ eſſe ↄuiuator eoꝝ. dꝫ n.
eis pare ↄuiuiũ ĩ mẽſa ſacre ſcripture: q̃ ꝑ menſam q̃ ĩ ta-
bernaculo dñi fuit ſignificat̃. q̃. 4. pedes habuit qꝛ ſacra
ſcriptura q̃ttuor modis exponit̃. vꝫ. hiſtorice: allegorice:
tropologice: ⁊ anagogice. qđ plenĩ⁹ dcm̃ ẽ ĩ ꝓhemio hui⁹
libri. Prima lectio. In p̃ncipio creauit deus celũ ⁊ terrã
que eſt Geñ. i. c. hiſtoriã mõſtrat. Ad litterã eni fcã ſunt q̃
ibi dicunt̃ de creatõe celi ⁊ terre ⁊ aliaꝝ reꝝ. đ hoĩe qui
factus ẽ ad imaginẽ ⁊ ſilitudinẽ dei ⁊c. ⁊ ſic de alijs. Se-
cunda lectio. ſ. Factũ eſt ĩ vigilia ⁊c. que eſt Exo. 14. c. ꝑti
net ad allegoriã. Tertia. ſ. App̄hendẽt ſeptẽ mulieres ⁊c.
que ẽ Iſa. 4. c. ad tropologiã. Quarta. ſ. Hec ẽ hereditas
ſeruoꝝ. que eſt ibidẽ. 55. c. ad anagogẽ. ꝓut infra patebit.
Verꝫ ſi diligenter attendere volum⁹ p̃ma lectio ⁊ ſecun
da tã ad p̃mũ q̃ȝ ad ſcđm pedẽ ꝑtinẽt. tertia poti⁹ ad ſcđꝫ
q̃ȝ ad tertiũ. Prima ꝑtinet ad ſcđm pedẽ ſicut ad primũ.
nã que in ea hiſtorice dicunt̃: allegorice exponuntur. v̄bi
gr̃a. Factus eſt homo xp̃s ad imaginẽ ⁊ ſilitudinem dei.
maſculũ. i. xp̃m ⁊ feminã. i. eccleſiã creauit eos. Vel etiã
partim ad ſcđm. ꝑtim ad tertiũ refert̃: qꝛ oꝑa ſex dierum
coaptãt̃ oꝑib⁹ lucis ſp̃ũal: qꝛ interi⁹ reformamur. ⁊ illuia
mur. Nempe op⁹ p̃mi diei fuit lux q̃ ſignificat̃ illumina-
tio fidei. Op⁹ ſecũdi diei fuit firmamẽtũ qđ diuidit aq̃s
ſuperiores ab aq̃s inferioribus: hoc eſt fundamẽtũ ſacre
ſcripture qđ diuidit aquas ſuꝑiores. i. angelos. ab aq̃s iſe
rioribus. i. hoĩbus q̃ eo nõ indigent. Opus tertie diei fuit
ſegregatio aquarũ ab arida. i. ſegregatio eorum q̃ dediti
ſũt fluxui carnaliũ voluptatũ: ⁊ q̃ queãdmodũ aque ſe et
alios q̃tiunt: ab his q̃ ad modũ aride ſitiũt fontẽ aq̃ vie
vt poſſint fructificare dicẽtes. Sitiuit aĩa mea ad deum
fontem viuum ⁊c. Quarte diei opus eſt luminaria in fir-
mamento. hec luminaria ſunt doctores qui inherentes
firmamento ſacre ſcripture inferioribus lumine ſcientie
lucent. Quinte diei opus eſt creatio piſcium ⁊ auium ex
aq̃s per que intelliguntur renati ex aquis baptiſmatis:
quoꝝ quidã b̃ñficio baptiſmatis vtunt̃ ad modũ piſciũ
vt paruuli. quidaꝫ v̄o alis gemine charitatis ad inſtar
auiũ volãt ad ſuꝑiora vt boni adulti. Vñ in p̃ma lectiõe
dicit̃. Sp̃ũs dñi ferebat̃ ſuꝑ aquas. ſ. baptiſmũ. In aquis
remanent piſces. i. curioſi. aues v̄o. i. baptiçati ad celeſtia
volant. Sexte diei opus ẽ creatio aĩaliũ de terra. Siq̃dẽ
terra caro noſtra eſt: ex q̃ creant̃ aĩalia cũ ex ea ꝓcedant
opera viua: ⁊ interior homo nr̃ reformat̃ vt in eo imago
⁊ ſilitudo dei reluceat ſm̃ q̄ dcm̃ eſt: ibi. Factus ẽ homo
ad imaginẽ ⁊ ſilitudinẽ noſtrã. ¶ Rurſus ꝑ p̃mã lectio-
nem inſtruũtur baptiçandi ne credãt manicheis: q̃ dicũt
oĩa hec viſibilia a rege tenebraꝝ fore creata. Poſt iſtam
p̃mã lectionẽ nullũ ſequit̃ canticũ. ſũt eni quatuor canti
ca ſicut quattuor lectiones. poſt duas primas ſeq̃tur vnũ
canticũ: ⁊ poſt vltimã duo cantica ſequũtur. Poſt p̃mã q̃
nõ ſequit̃ canticũ: qꝛ in eo agit̃ de primo hoĩe qui creatus
deũ nõ laudauit ſed peccauit: ⁊ in eo omnes peccauerũt:
ideoq̃ȝ potius deberet ſeq̃ luctus q̃ȝ canticũ qđ eſt exulta
tio mẽtis habita de eternis. Quia vero p̃mus homo ꝑ ob
lectamẽta peccati a gloria cecidit: ⁊ ad eã redire poſſum⁹
ſi rõne cõtra peccatũ ſteterim⁹: iccirco orat ſacerdos poſt
lectionẽ dicens. Deus q̃ hominẽ mirabiliter collocaſti: ⁊
mirabiliter creaſti: ⁊ mirabilibus reformaſti. da nobis ↄ
oblectamenta peccati rõne ꝑſiſtere: vt ad eterna gaudia
ꝑuenire mereamur. Et ĩ eo etiam q̄ ipſe dicit q̃ hominẽ
mirabiliter creaſti: ⁊ mirabilius reformaſti: inuit q̄ ĩ pre
cedenti lectione hiſtorice agit̃ de hoĩs creatõe: ⁊ allegori-
ce de eius redẽptõe. i. de illo ꝑ quẽ eſt facta redẽptio. In
ſcđa quoq̃ȝ lectione eſt hiſtorica narratio: ſed ipſa ꝑtinet
ad ſcđm pedem mẽſe: qꝛ qđ ibi hiſtorice dicit̃ allegorice
intelligit̃. Nam ſicut in mari rubro ſubmerſis egyptijs li
berati ſũt hebrei: ita ⁊ in baptiſmo ſubmerſis vitijs ⁊ pec
catis liberat̃ populus dei. Vñ poſt illã lectionẽ ſequitur
canticũ letitie ⁊ exultationis. vꝫ. Cantemus dño. Exo. 15.
ca. ĩ quo exultat populus chriſtian⁹: q̃ a ſp̃ũalib⁹ egyptijs
ꝑ baptiſmũ eſt liberatus: ſicut iudei a corporalibus: ⁊ iõ
ſacerdos orat vt dñs ſalutẽ gentiũ oꝑet̃ in aq̃s baptiſma
tis myſterio quo ipſe p̃orem populũ ab egyptijs libera-
uit. Per egyptios quidẽ peccatores. ꝑ mare rubrũ baptiſ
mus intelligunt̃. ex quibus egyptijs neq̃ȝ paru⁹ neq̃ȝ ma-
gnus remãſit: nec ẽt in baptiſmo magnũ vel paruũ pecca
tum remanet: qđ in p̃nĩa facile nõ ↄtingit. Recte igitur
ſubijcitur cãticũ illud. Cantemus dño: qꝛ lꝫ q̃ȝdiu homo
in peccato eſt deũ laudare nõ põt: qꝛ nõ eſt ſpecioſa laus
in ore peccatoris: tñ cum liberat⁹ ẽ põt cantare dño p̃mũ
canticũ. ſ. de liberatõe ſua. Tertia lectio que ẽ Iſa. ꝑtinet
ad ſcđm pedẽ menſe. ſ. ad allegoriã lꝫ ad tertiũ. ſ. ad tro-
pologiã vtcũq̃ȝ valeat coaptari. In ea eni cõtinent̃ ſacra
xp̃i ⁊ eccleſie. Sacramẽtũ xp̃i ibi notat̃ vbi dicit̃. App̄hẽ-
dent ſeptẽ mulieres virũ vnũ. Mulieres ſeptẽ ſũt ſeptẽ
dona ſp̃ũs ſcĩ in baptiſmo collata: que app̄henderũt vnũ
virum. i. xp̃m vt in eo plene q̃eſcerent: qđ in alio hoĩe fa
cere nõ poterãt vitijs ⁊ peccatis ĩpedientibus. Seq̃ ibi.
Panẽ noſtrũ comedem⁹. qđ ad ipſum ſp̃ũm ſanctũ cui⁹
hec dona ſunt refert̃. Nam ſp̃ũm ſanctũ panẽ ſuũ come-
dere ⁊ veſtimentis ſuis cooperiri: nihil aliud eſt q̃ȝ ipſum
equalitatẽ pr̃is ⁊ filij poſſidẽtẽ nullo idigere. Poſtea ſub
iungit̃: Tantũmõ inuocet̃ nomẽ tuũ ſuꝑ nos. i. illi ĩ quib⁹
erit h̃itatio tua a noĩe tuo xp̃iani dicãt̃. Aufer opprobriũ
nr̃m qđ. ſ. a malis hoĩb⁹ paſſi ſum⁹ a q̃b⁹ ſepe ꝑ vitia ⁊ pec
cata expulſi ſum⁹. Hec ẽ q̃ allegoria. Moraliter autem ꝑ
ſeptẽ mulieres ĩtelligũt̃ hoĩes ſeptiformi gr̃a repleti. i. ſa
pientes: ĩtelligẽtes: ↄſulẽtes: fortes: ſciẽtes: pij: timorẽ dñi
h̃ñtes: q̃ app̄hendẽt vnũ viꝝ. i. xp̃m ei ꝑ fidẽ ⁊ charitatẽ
adherẽdo. hi dicãt q̄ ĩ lectõe ipſa ſeq̃t̃. ſ. Panẽ nr̃ꝫ come
demus. i. corpus tuũ qđ eſt nr̃ panis: qꝛ nobis ad refectio
nem datus. veſtimẽtis. ſ. bonoꝝ operum ↄ frigus peccati
cooꝑiemur. Inuocet̃ tñmõ nomẽ tuũ ſuꝑ nos: vt. vꝫ. a te
xp̃iani dicãt̃. Aufer opprobriũ noſtrũ. ſ. ne ſerui dyaboli
nominemur. ĩ eo v̄o qđ ſeq̃t̃. Si abluerit domin⁹ ſordes
filiarum ſyon ⁊ lauerit ſanguinem hieruſalem de domo
eius in ſpiritu iudicij ⁊ ſpiritu ardoris: notatur ſacramen
tũ eccleſie. per ſordes notat leuiora peccata. per ſangui-
nem grauiora. Leuiora enim peccata lauat dominus
in ſpiritu iudicij ideſt leuioris correctionis. grauiora in

ſpiritu ardoꝛia.i.gratioꝛia ſatiſfactiōia. Notat igitur ī h
effectū baptiſmi:quia dñs tā gratioꝛa peccata ꝙ̄ levioꝛa
tollit ꝑ baptiſmū.Poſt hanc lectionē ſequit̄ canticū qḋ
eſt ꝑmū canticū ſynagoge.ſ. Sacra eſt vinea dilecto meo
Iſa.quīto ca.Uinea eni ad litterā ſynagoga ē.ſepes circa
eā ſunt obſervātie legales.turris in ea eſt tēplū.toꝛcular
altare holocauſti.⁊ in eis ſacramēta eccleſie nihilomin⁹
intelligunt̄.Uinea eni ī eſt eccleſia que facta eſt in coꝛnu
illo.ſ.de quo ſcriptum eſt.Erexit coꝛnu ſalutis nobis.hoc
coꝛnu eſt xp̄s:⁊ vinea facta eſt in loco vberi.chꝛiſtus eſt
locus vber.de quo dictum eſt.Mons dei mons pinguis.
Circa hanc vineā ſepes ē divina ꝓtectio.foſſa timoꝛ dñi.
turris eſt xp̄s de quo dictū eſt.Eſto nobis dñe turris foꝛ/
titudinis.toꝛcular crux chꝛiſti .de quo dictuꝫ eſt.Toꝛcu/
lar calcavi ſolus.Et qꝛ in lectione in cātica expꝛimuntur
ſacr̄a eccl̄ie ⁊ ſynagoge:iccirco ſacerdos oꝛat dicēs.Deus
q nos ad celebrandū paſcale ſacr̄m vtriuſqꝫ teſti paginis
īſtruis.vtriuſqꝫ te.dicit vtrūqꝫ teſtm̄:⁊ ſubdit.Da nobis
intelligere miſericoꝛdiā tuā vt ꝑceptione ꝑſentiū mune/
rū firma ſit expectatio futuroꝛuꝫ.Miſericoꝛdia dñi quā
nos intelligere optat eſt remiſſio peccatoꝛū in baptiſmo.
ꝑſentia igitur munera ſunt ſpūalia dona que ī ꝑſenti ꝑci/
pimus.Quarta lectio ē.Hec ē hereditas ſervoꝝ domini.
iuſtitia eoꝝ apud me dicit dñs.⁊ ꝑtinet ad q̄rtuꝫ pedē.ſ.
ad anagogen.Nempe ſicut ex ꝑdictis patet ī ꝑma lectōe
inſtruitur homo de ſua foꝛmatione.in ſcḋa ⁊ tertia de re/
foꝛmatione que fit in baptiſmo ꝑ Ieſum chꝛiſtū.vñ iam
nō reſtat niſi ꝙ inſtruat̄ cathecuminus de vita beata ⁊ ḋ
bonis moꝛibus ꝑ quos ad eam venitur que ī hac quarta
lectione docentur.Siquidē vita eterna ē hereditas que
ſervis dñi debet̄:⁊ iuſtitia eoꝝ eſt apud eū. Naꝫ meritis
eoꝛum iuſte debet̄:vt apud eū eternaliter q̄eſcāt.Ea vō
que ſequūtur ad bonos moꝛes pertinēt:vt illud. Audite
audientes me ⁊ comedetis bonū ⁊ delectabit̄ in craſſitu
dine anima veſtra.ꝑ bona ītelligit ipſum chꝛiſtū vel ver
bum eius quo omnia reficiunt̄.Unde notās delicias aīe
nō carnis:dixit.Delectabitur ī craſſitudine anima vr̄a.
Hanc lectionē ſequūtur duo cantica in q̄buſdā eccleſiis.
¶ In ꝯſecratione vō altaris eſt introitus. Dicit dñs ſermones mei. iſa. 59. ⁊ 56. Ep̃la ſumit̃ de apoc. 21. Uidi ciuitatē ſanctā hieruſalē ⁊c̃. rñſoriū eſt. Locus iſte. ſ. eccleſia mãlis ſcūs eſt: q2 ſcificata eſt ad hoc vt ibi dñs exaudiat ꝑces: ⁊ ideo p̃ſtat orantibus ſanctitatē. Salomon enī orauit vt dñs orantes ibi exaudiret: ⁊ dñs dixit ei. Exaudita eſt orõ tua. hȝ enī ſignificatū eſt. 3. regū. 8. ca. vbi ſalomon dedicato tēplo ait. Quicūqȝ orauerit ī loco iſto exaudies in loco tabernaculi tui i celo: ⁊ cū exaudieris ꝓpiti⁹ eris. Alleluia ē i qbuſdā eccleſijs. O q̃ metuēdus eſt. Gene. 28. c. Euangeliū vō eſt. Egreſſus ihs. Luce. 19. c. eo ꝙ ibi habet̃. Hodie ſalus dñi huic facta eſt. In qbuſdam tñ eccleſijs legit̃ euangeliū de mattheo in q̊ hr̃. Et nō potuert ſubuertere domū illā. Fundata enī erat ſupra firmā petrā. ſeqt̃ offertoriū q̇ vbis dauid ī paralipomenō. i. vltio ca. vel ſm alios ſūt vba ſalomonis. Dñe deus ī ſimplicitate cordis mei letus obtuli vniuerſa hec. Obtulerat. n. ſacrificia ieſtimabilia q̄ ſignificāt bonas opationes ſiue cogitatões ⁊ bona deſideria q̄ ineſtimabilia ſūt ⁊ numero ⁊ p̃cio. Seqtur poſtcõio. Dom⁹ mea ⁊c̃. Iſa. 56. ⁊ Mat. 7. c. ¶ Nota ꝙ ſi feſtū dedicatõis eccleſie occurrerit in paſſione dñi: fit in ſequēti hebdomada. ſi vō ī feſto aſcenſionis: de aſcenſiõe fiet officiū: ⁊ officiū dedicationis differtur. Salomō enī dedicauit tēplū duodecima die mēſis: ⁊ deciā die mēſis occurrebat cenophegia. celebrauit aūt dedicationē templi ꝑ ſeptē dies: ⁊ ꝓrogauit cenophegiam vſqȝ poſt dedicationem.
¶ Finit liber ſeptimus. Incipit octau⁹ de cõputo ⁊ kalēdario: ⁊ ꝑtinētib⁹ ad illa. Pulcherrim⁹ enī eſt liber iſte ⁊ clericis ⁊ laicis neceſſarius valde.

Quoniam ſicut ait beatus Aug. 38. di. q̄ ipſis Sacerdotes cõputum ſcire tenētur. alioquin vix in eis nomen ſacerdotis ꝯſtabit. ſub q̊ vbo notitiaȝ curſus tp̃is lune ac kalendarij intelligimus: qm̃ cõputus eſt ſcientia certificandi tēpus ſm ſolis ⁊ lune progreſſuȝ. Idcirco ad ſimplicium ſacerdotū inſtructionē in hac octaua ⁊ final͂i pte de hoc aliq̄ claro cõpendio p̃ſtringem⁹: put ad vſum eccleſie dignoſcit̃ ptinere. Dicitur aūt cõputus a cõputo tas. q2 in ipſo cõputādo ꝓcedimus: non q2 in ipſo cõputare doceamur. Et ē duplex cõputus. ſ. aſtronomic⁹ ſeu philoſophicus: ⁊ vulgaris ſeu eccleſiaſticus. ſed de aſtronomico nil ad p̃ſens. Uulgaris cõputus eſt ſcia diſtinguendi tp̃s certa rõne. ſiue ſcia tēporis diſcretiua ſm eccleſie vſum. ¶ Tempus vō put hic ſumitur ē ſm Tuliū quedā quātitas anni: mēſtrui diurni ſeu alterius ſpacij. Uel tempus eſt mora motus rerū variabiliū: cui⁹ ptes decē eē dicunt̃. ſ. annus: mēſis: ſeptimana: dies: q̄drās: hora: punctū: momentū: vncia ⁊ athom⁹.

¶ Annus cõtinet duodecim menſes: ⁊ qnquagintaduas ſeptimanas ⁊ diē vnaȝ: ⁊ trecentos ſexaginta qnqȝ dies ⁊ ſex horas. ¶ Menſis ꝯtinet q̈ttuor ſeptimanas vel paulo plus. ¶ Septimana ſeptē dies. ¶ Dies q̈ttuor q̄drantes. ¶ Quadrans ſex horas. ¶ Hora quattuor puncta. ¶ Punctū decem momenta. ¶ Momentū duodecim vncias. ¶ Uncia q̈draginta ſeptē athomos. ¶ Athom⁹ indiuiſibilis eſt. nam thomos grece diuiſio dicitur. vnde athomos grece idiuiſio latine. Anni q̄ ſolaris fere duodecima ps mēſis ē. Septiana vō ē fere q̄rta ps mēſis. Dies nãl' ſeptia ps ſeptiane. Quadrās q̄rta ps diei nãlis. Hora ſexta pars quadrantis. Pūctum quarta pars hore. Momentū decima pars puncti. Uncia duodecima pars momenti. Athomus quadrageſimaſeptia pars vncie. ¶ Et eſt alia temporis diuiſio. ſ. per euū: per etatē: per ſeculū: per luſtrum: per olimpiadem: ⁊ per indictionē: de quib⁹ infra dicetur. Ceterum tria ſunt tempora annorū. ſiue triplex eſt annus. ſ. ſolaris: lunaris ⁊ magnus. de quibus premidim⁹ in hac octaua parte tractare q̄ duas principaliter habet partes: in quarū p̄ma agit̃ de anno ſolari ⁊ de magno: in ſecūda vero de lunari.

¶ Prima pars de anno ſolari incipit. Rubrica

In hac p̄ma hui⁹ opis pte de āno ſolari tractat̃ que in quattuor ſubdiuidit̃ ꝑticulas. ¶ In quarū p̄ma agit̃ qd ſit annus. De inicio anni. De multiplici anno De duodeci ſignis. De biſexto. De quattuor āni tēporib⁹. De ieiunijs illoꝝ. De ſolſtitijs. De equinoctijs. De magno āno. De era. De olimpiade. De luſtro. De etate. De ſeculo. De euo. ¶ In ſcða pte agit̃ de mēſe. De kalendis. De nonis De idib⁹. Uñ ⁊ qualiter dies denominent̃. De dieb⁹ egyptiacis ac canicularibus. ¶ In tertia agit̃ de ſeptimana: Et que ſit lr̃a kalēdaꝝ cuiuſlibet mēſis. In q̄ die ſeptimane qlibet menſis īcipiat. Et d̓ lr̃is dñicalib⁹. De regularibus ſolaribus. De ꝯcurrētib⁹. Et de indictõe. ¶ In q̄rta agit̃ de die. De momēto. Et de hora. Occaſiõe hore ānectitur de q̄titate lucentiū horaꝝ. noctis.

¶ Quid ſit annus ſolaris. Rubrica.

Annus eſt ſolis anfractus. cuȝ pactis trecentis ſexagintaqnqȝ diebus ad eadeȝ loca ſyderū redit. Dicit̃ ǧ annus q2 mēſibus ī ſe recurrentib⁹ voluit̃. ob an qđ eſt circū ⁊ eois q̄ſi circulariter rediēs. Uñ ⁊ ann⁹ dr̃ q̄ſi annulus. i. circulus eo ꝙ in ſe redit. Uñ vgilius. Atqȝ i ſe ſua ꝑ veſtigia voluit̃ ann⁹: ⁊ ob hȝ añ iuentas lr̃as: ſic apud egyptios annus ſdicabat̃. Pingebāt enī draconē caudā ſuā mordētē: q2 in ſe recurrit: ⁊ ſic adhuc a quibuſdā figurat̃. Alij annum ab innouatione dicunt. ſemper enim renouatur. ¶ Annus ſm diuerſos diuerſa habet initio. quoniaȝ arabes ⁊ egyptij illum inchoant poſt ſolſtitiū eſtiuale ſcilicet a ſeptēbri: ꝓ eo ꝙ legitur arbores in p̄ncipio mundi fructum habuiſſe: ⁊ quia hoc in ſeptēbri contingit putāt tunc mundum factum fuiſſe: ideoqȝ ibi incipiunt annuȝ. Numa vero pompilius ⁊ romani annum a ianuario inceperunt: pro eo ꝙ tunc vel paulo ante ſol nobis incipit appropinquare. Iudei a martio inceperunt quia in eo cõditus eſt mundus: ⁊ ideo dicitur ꝙ. 18. dies eius eſt p̄m⁹ dies ſeculi: quos omnes quo ad aliqua cõputiſte imitantur: ipſi nanqȝ a ſeptembri incipiunt regulares lunares ⁊ embolíſmos ⁊ epactas ⁊ omnes annos lunares. A ianuario vero incipiunt aureū numerum: ⁊ quaſdam litteras dominicales. a martio regulares ſolares concurrentes: ⁊ quaſdā litteras dñicales: put in ſecūda pte apparebi

¶ Sane quidã modcrni ob reuerentiã ſaluatoris cõpu
tant annos a natiuitate eius. Alij vo ab eius incarnatiõe
.ſ.a ↄceptiõe btẽ marie: qñ illa dixit. Ecce ancilla dñi ⁊c.
ſtatim eñi fuit xp̃s homo ⁊ plen⁹ ſpũ ſcõ. ¶ Annoꝝ alius
eſt nãlis: alius vſualis: alius legitim⁹: ali⁹ emergẽs: alius
ſolaris: alius magn⁹: ali⁹ olimpias: alius luſtralis: ali⁹ indi
tionalis: ali⁹ iubileus: alius benignitatis: ali⁹ eternitatis ⁊
glie. ¶ Ann⁹ nãlis ẽ cũ luna ſoli apponiť. vñ ſol eclipſim
patiť. Uſualis ſiue tp̃alis ẽ q̃ ſm vſũ hoiũ ſumit initiũ
.vʒ. a ianuario vſqʒ ad ſequẽtẽ ianuariũ. Legitim⁹ ſiue ce
rimonialis eſt q̃ cõputať ſʒ lunatões ab aprili vſqʒ ĩ apri
leʒ: aprilis eñi ẽ p̃mus mẽſis apud hebreos. Emergẽs ẽ
in q̃ aliqđ magnũ iudeis vel alijs ↄtingit: a q̃ facto in illi⁹
memoriã annum incipiunt cõputare. ſ.a quouis die. An
nus ſolaris ẽ ſpaciũ ĩ quo circuit ſol .12. ſigna zodiaci: quẽ
circulũ facit: vt p̃miſſum ẽ ĩ trecẽtis .65. dieb⁹ ⁊ fere ſex
horis. fere dixi pp̃ quedã momenta q̃ adijciunť ſič infra
diceť: he aũt ſex hore đ q̃rto in quartũ annũ faciũt vnũ
diẽ nãlẽ biſextilẽ: ⁊ annus iſte cõis eſt oĩbus gẽtilib⁹ ⁊ ĩci
pit qualibet die ⁊ q̃libet die finiť trãſactis p̃dictis dieb⁹
⁊ iſte põt ẽt dici nãlis. Signa vo p̃dcã ſũt iſta: Aries thau
rus: gemini: cancer: leo: virgo: libra: ſcorpio: ſagitari⁹: cap
cornus: aquari⁹: ⁊ piſces. vñ vſus. Hec ſunt ſigna poli q̃ ſp̃
ſunt via ſoli. Eſt aries: thaurus: gemini: cãcer: leo virgo.
Libraqʒ ſcor. chiron capricornus vrnula piſces. Et nota
q̃ celi habitatio ſtat circuloꝝ diſtincta zonis. zone autẽ
ipſe ſunt q̃nqʒ q̃ ideo zone vel circuli appellanť q̃ in cir
cũductõe ſpere exiſtũt. zodiacus ãt circul⁹ ẽ q̃ ex lineaꝝ
q̃nqʒ angulis ⁊ ex vna linea cõſtat. Rurſus zodia grece
diciť aĩal ſiue ſignũ latine: ide zodiacus dr̃ aĩal ſeu ſigni
fer circulus ex eo q̃ ĩ medio firmamẽti ſũt .12. ſigna per
trãſuerſuʒ poſita eq̃liter p̃ circulũ diſtĩcta q̃ formis ⁊ no
minibus aĩalium deſignať: q̃ ſol intrãs in illa ꝓprietates
aĩaliũ quodãmodo ſortiť: vel q̃ ſtelle in ſignis diſpoſite
ſunt aĩaliũ figuris. Signũ aũt dr̃ duodecĩa p̃s zodiaci. ſol
quidẽ intrat in aliqđ de p̃dictis ſignis q̃libet menſe in .15.
kalen. ſm eccleſiã. vñ in martio intrat in arietẽ .15. kalen.
aprilis. ĩ aprili ĩtrat in thauꝝ .15. kalẽ. may. ⁊ ſic p̃ ordinẽ
menſiũ ⁊ ſignoꝝ. ¶ Primũ igiť ſignũ eſt aries ĩ quo ſol
diciť eſſe factus: in quo ſigno ẽ ſol circa p̃ncipia veris ſic
dictũ: q̃ ſicut aries ẽ aĩal retro debile hñs aliq̃d añ robo
ris: ſic poſtrema ſolis illo tp̃e debilia ſũt frigore ei⁹ forti
tudinẽ minuẽte. anteriora vo q̃ eſtatẽ reſpiciũt aliq̃d for
titudinis .i. caloris hñt. vel ſicut aries in hyeme cubat in
latere ſiniſtro: in vere aũt incipit cubare in dextro: ſic ſol
añ illud tp̃s morať in ſiniſtro latere firmamẽti. ſ. in meri
die: tunc vo intrat latus dextrũ. ſ. vſus aquilonẽ. Antiq̃ h̓
ſignũ ꝓpter amonẽ iouẽ vocauerũt in cui⁹ capite q̃ ſimu
lachra faciũt arietis cornua fingunt. ¶ Scđm ſignũ eſt
thaurus: ſic dictũ: q̃ ſicut thaurus fortior ẽ ariete: ſic for
tioris eſt efficacie ſol in illo tp̃e quo ad nos q̃ʒ in p̃cedẽti.
verũtñ añ eſt efficacior q̃ʒ poſt: ſicut thaurus añ fortior ẽ
q̃ʒ retro. Antiq̃ ideo thauꝝ inter ſydera in honoreʒ iouis
collocauerũt: q̃ ille fabuloſe fingiť in boueʒ ↄuerſus q̃ñ
europã tranſuexit. ¶ Tertiũ gemini ſic dictũ q̃ illo tp̃e
vis ſolis germinať: incipit eñi eẽ calid⁹ ⁊ ſiccus effectiue.
vel q̃ tũc p̃cipue res germinanť .i. multiplicanť: aues .n.
⁊ aĩalia fetus ꝓducũt: vel pp̃ geminos ſiue duos gradus
q̃bus ſub illo ſigno magis q̃ʒ ſub alio ſol eleuatur a terra.
Antiq̃ aũt hoc ſignũ gemini vocauerunt pp̃ caſtorẽ ⁊ pol
lucẽ quos poſt mortẽ iter notiſſima ſydera ↄſtituerunt.
¶ Quartũ cancer ſic dictũ q̃ cancer ẽ aĩal retrogradũ:
⁊ ſol tũc retrogradiť diſcedẽs a nobis cũ p̃us appropinq̃
uerit nobis. ¶ Quintũ leo ſic dictũ q̃ leo ẽ aĩal crudele
⁊ ſemp̃ febricitans: ſic ⁊ tempus illud crudele ⁊ generans
febres. Rurſus q̃ hercules leonẽ fortiſſimũ in grecia oc
cidit: ideo ꝓpter ſuã virtutẽ hũc inter .12. ſigna ſtatuerũt.
¶ Sextũ virgo q̃ ſicut vgo nil generat ſic tp̃s illud ſteri
le nil noui generat: generata tñ matureſcere facit. ẽ eñi tẽ
pus caniculariũ dieꝝ. ¶ Septimũ libra ſic dcĩn ab eq̃li
tate mẽſis ipſius: q̃ ſole ibi exiſtente dies ⁊ nox eq̃pode
rata eſt: q̃m tũc eſt equinoctiũ autũnale. ¶ Octauuʒ eſt
ſcorpius. ſicut eñi ſcorpius venenoſus eſt ⁊ pũgit: ſic ⁊ tp̃s
illud morboſum eſt pp̃ ineq̃litatẽ aeris: eſt eñi mane fri
gus pungẽs ⁊ ĩ meridie: calor vrens. ¶ Nonũ ſagittari⁹
ſic dictum q̃ venatio q̃ p̃ ſagittarios fit plerũqʒ tũc exer
cetur: vl̓ pp̃ fulgura q̃ tũc ſepe cadũt q̃ italici ſagittas vo
cant. ¶ Decimũ capricornus: ſicut eñi capricorn⁹ ĩ abru
ptis montib⁹ ſiue in excelſis p̃cipicijs paſciť: ſic ſol tũc ẽ ĩ
altiſſimo gradu vſus meridiẽ. vel ſicut capricornus mon
tes ſolet aſcẽdere ſic ſol tũc ad nos aſcendere ĩcipit. Rur
ſus antiq̃ capricorni figurã ĩter ſydera finxerũt pp̃ caprã
iouis nutricẽ cuius poſteriorẽ p̃tẽ corpis in piſcis effigieʒ
formauerũt vt pluuias deſignarẽt quas plerũqʒ idẽ mẽſis
in extremis ſolet hr̃e. ¶ Undecimũ eſt aquari⁹ ſic dictũ
q̃ tp̃s illud aq̃s ⁊ ventis abũdat. ¶ Duodecimũ ẽ piſces
q̃ ſicut piſcis eſt aĩal aquaticuʒ ſic ⁊ tp̃s illud pp̃ multas
pluuias aquaticũ eſt. vel q̃ tũc aq̃s reſolutis eſt tp̃s piſca
tõis. Uerũ lʒ ſicut pʒ ex p̃miſſis ſigna eq̃lia ſint ſm aſtro
nomicos eccl̃ia tñ illa nõ ponit eq̃lia: nã quãdoqʒ plures
dies ſunt in vno ſigno q̃ʒ in alio cũ vn⁹ mẽſis plures dies
habeat q̃ʒ ali⁹. vñ p̃les erũt gradus vni⁹ q̃ʒ alterius ſigni.
gradus aũt dr̃ ſpaciũ q̃ ſol motu ſuo trãſit in zodiaco die
nãli. Ex iã dictis facile ſciri põt in q̃to gradu alicui⁹ ſigni
ſit ſol q̃cunqʒ die. ¶ Porro dies biſextilis de q̃ dcĩm ẽ dr̃
biſextilis ſm ph̃os quaſi ex biſſe momentoꝝ collecta: qđ
ſic poterit ↄp̃hẽdi. Sol .n. ĩ q̃libet ſigno morať .30. dieb⁹:
⁊ .30. trientibus horaꝝ. ⁊ .30. biſſe momentoꝝ: ⁊ triens eſt
tertia p̃s alicui⁹ rei ↄſtãtis ex trib⁹ p̃tib⁹: biſſe vo ſunt due
p̃tes. ſed multiplicatis duodecies trigita dieb⁹ habemus
360. dies .30. triẽtes horaꝝ ↄſtituũt .10. horas q̃ multiplica
tis duodecies faciũt .5. dies .30. biſſe momẽtoꝝ ↄtinẽt vi
ginti momẽta ⁊ ita duo pũcta: ſed multiplicatis duodecies
duob⁹ pũctis habem⁹ ſex horas ex biſſe momentoꝝ colle
ctas q̃ de q̃rto ĩ q̃rtũ ãnũ ↄſtituũt vnũ diẽ q̃ dr̃ biſextil.
¶ Rurſus ſm iſidoꝝ p̃ ſingulos ãnos creſcit p̃s quarta
aſſis: ac vbi q̃rto ãno aſſis ↄpleta fuerit biſextũ vnũ facit
⁊ iõ p̃ q̃ttuor ãnos vn⁹ biſextilis adiect⁹ eſt. dict⁹ aũt ẽ ſm
eũ biſextus: q̃ bis ſexies duct⁹ aſſeʒ fač qđ ẽ vn⁹ dies. In
quo loco kalendarij poni debeat illa dies bis vſib⁹ ↄtine
tur. Biſextũ ſexte martis teneere kalẽde. Poſteriori die
celebranť feſta Matthie: h̓ ẽ dicere q̃ ĩ illa lr̃a vbi dr̃ in
kalendario .6. kal̓. martij dʒ poni dies biſextilis: ⁊ tũc ſta
m⁹ ſiue ſedem⁹ duob⁹ dieb⁹ ſup̃ illa lr̃a: ⁊ feſtũ ſcĩ matthie
qđ deberet illa die celebrari: celebrať tñ ĩ ſequẽti: ita tñ
q̃ inter ip̃m feſtũ ⁊ vigiliã nullũ ſit mediũ: ex de vb̓. ſig.
quelibet. nõ itẽrẽ tñ vtrũ ipʒ feſtũ ĩ p̃ma vel ĩ ſcđa die p̃
dictaꝝ duaꝝ celebreť: ſed regionis in h̓ ↄſuetudo ſueť.
Iſidor⁹ dicit q̃ a ſexto noñ. martij vſqʒ in diẽ kal̓. ianua
rij. lune curſu biſextus apponiť atqʒ inde detrahiť. Si ãt
volumus ſcire qñ ſit ann⁹ biſextilis: debemus diuidere
annos dñi p̃ q̃ttuor q̃tiens poſſum⁹: ⁊ ſi nullus ſup̃auerit
tũc erimus in anno biſextili: ſi aũt aliq̃s remãſerit tũc nõ
erit biſextus. Uñ vſus. Anni diuiſi dñi p̃ q̃ttuor eq̃: Mõ
ſtrant biſextũ q̃ rõne ſcias. Hoc aũt veꝝ eſt ſm illos qui
diuidũt annos dñi incipiẽdo a natiuitate: vel a ianuario:
nõ ſm illos q̃ ĩcipiũt ab ĩcarnatõe. Alia etiã doctrina ad
inueniẽdũ biſextũ poneť infra vbi de ↄcurrẽtibus ageť.
¶ Tempora ſiue p̃tes anni ſolaris ſunt quattuor. ſ. ver:
eſtas: autũnus: hyems: vt dictum eſt in .6. p̃te ſub quarta

feria tertie hebdomade aduentus. Dicta aũt ſũt tẽpora
a cõionis tẽpamẽto eo ꝙ ĩuicẽ ſe hũore: ſiccitate: calore ⁊
frigore cõtẽperent. hec ⁊ curricula dicunt̃ q2 nõ ſtant ſed
currũt. Uer dictũ eſt: q2 vret. Eſtas dicitur ab eſtu. i. calo
re: inde eſtas quaſi vſta ⁊ arida. Autũnus a tẽpeſtate vo
catur: qñ ⁊ folia cadũt ⁊ oia matureſcũt. Hyems dr̃ rõne
hemiſperij: quia tunc ſol circulo voluitur breuiori. vñ
⁊ hoc tp̃s bruma dr̃ q̈ſi brachiu. i. breuis: vel a cibo: quia
tũc maior eſt veſcẽdi appetitus. edacitas. n. grece bruma
appellat̃. Principia aũt partiũ anni ſm eccleſiã his v̈ſib⁹
ↄtinent̃. Feſtũ clementis hyems caput eſt oriẽtis. Cedit
hyems retro cathedrato ſymone petro. Uer fugat vrba/
nus. eſtatẽ ſimphorianus. Jd tibi qd̓ reſtat autũni tẽpora
p̄ſtat. Hoc eſt dicere feſtũ clemẽtis qd̓ eſt. 8. kalen. decẽ/
bris eſt p̄ncipiũ hyemis ⁊ durat vſq3 ad feſtum cathedre
ſancti petri: tunc incipit ver: ⁊ iſtud feſtũ ẽ. 8. kal̓. martij.
⁊ ver durat vſq3 ad feſtũ ſci vrbani: qd̓ eſt. 8. kal̓. iunij. tẽ
incipit eſtas: ⁊ durat vſq3 ad feſtu3 ſimphoriani qd̓ eſt. 8.
kalen. ſeptẽbris: tũc ĩcipit autũnus: ⁊ durat vſq3 ad feſtũ
clementis: in quo incipit hyems. Jn his quattuor ptibus
anni triduana ieiunia celebram⁹: ⁊ id̓ ieiunia q̈ttuor tem
poru3 appellant̃. Jeiuniũ veris eſt in p̄ma ſeptimana q̈/
drageſime. ſ. in q̈rta feria poſt cineres. Jeiuniũ eſtatis eſt
in p̄ma die mercurij poſt penthecoſtẽ. Jeiuniũ autũni ẽ ĩ
tertia die mercurij ſeptẽbris. ſ. in q̈rta feria poſt feſtũ ſcẽ
crucis. Jeiuniũ hyemis eſt in q̈rta feria poſt feſtũ btẽ lu/
cie. ꝓut ibi dcm̃ ẽ. vñ v̈ſus. Uult crux lucia cineres cariſ/
mata dia. Ut det vota pia q̈rta ſequẽs feria. ¶ Fiũt at h
ieiunia ĩ 4ᵃ feria q2 ĩ 4ᵃ feria xp̃s a iuda tradit⁹ ẽ. ⁊ ĩ ſexta
feria q2 ĩ ea crucifix⁹ ẽ: ⁊ ĩ ſabbato q2 tc̃ aplõꝝ triſtitiã de
nece ſaluatoris repũtam⁹. nã ſi ↄpatimur ⁊ ↄregnabim⁹
de ↄſe. di. 3. ieiunia. ⁊. c. ſabbato. ¶ Aduent⁹ aũt dñi qñ ce
lebret̃: dcm̃ eſt in ſexta pte ſub ti. de aduẽtu. Adhuc ĩ an/
no ſolari ↄtingũt duo ſolſtitia ⁊ duo eqnoctia. Solſtitia ĩ
eſtate ⁊ ĩ hyeme. Eqnoctia ĩ v̈e ⁊ ĩ autũno. Eſt ãt ſolſtitiũ
maxia ineq̃litas diei ⁊ noctis: ſiue ingreſſus ſolis ĩ capꝛcoꝛ
nũ vel cãcrũ: ⁊ dr̃ ſolſtitiũ q̈ſi ſolis ſtatio: eo ꝙ tc̃ ſole ſtã/
te creſcũt dies vl̓ noctes. Eqnoctiũ ẽ maxia diei ⁊ noctis
eq̃litas: q2 tc̃ eq̃li ſpatio horaꝝ ↄſiſtũt: ſiue igreſſus ſolis
in arietẽ vel librã. Ubi ãt ſit loc⁹ ſolſtitioꝝ ⁊ eqnoctiorũ
his v̈ſib⁹ ↄtinet̃. Solſtitiũ decimo xp̃m p̄reit atq3 ioãnez
Equa crucis feſtũ dat tpa martis ⁊ idus. Hoc ẽ dicere ꝙ
ſolſtitiũ hyemale ẽ añ natiuitatẽ xp̃i. 10. dieb⁹. v3. 18. kal̓.
ianuarij. q̈ tpe ſol incipit altiores circulos petere. ⁊ ſolſti/
tiũ eſtiuale ẽ añ natiuitatẽ Jo. baptiſte totide3 dieb⁹. v3.
18. kal̓. iulij. q̈ tpe incipit ſol ad iferiores circulos remea/
re. Uñ eſtiualis ſolſtitij dies maxim⁹: ſic̃ ⁊ hyemalis dies
minim⁹ inuenit̃. S3 ſm egyptios hyemale ẽ. 12. kal̓. ianu
arij. ſ3 grecos. 9. kal̓. Eſtiuale v̈o ſ3 egyptios. 12. kal̓. iulij.
ſm grecos. 9. kal̓. Jtẽ ĩ feſto crucis vel ſm alios. 12. kalen.
octobris ẽ eqnoctiũ autũnale: ⁊ vbi dr̃ ĩ kal̓. id⁹ martij vl̓
ſm alios. 12. kal̓. aplis ẽ eqnoctiu3 v̈nale. Olim. n. ann⁹ in
duas ptes tm̃ diuidebat̃. ſ. eſtiuale ⁊ hyemale ſolſtitiũ: ⁊ ĩ
duo hemiſperia. Magnus ãt ãn⁹ ↄplet̃ reuerſis planetis
oibus ad loca ſue creatõis qd̓ fit ãnis nõ paucioꝛib⁹. 530.
Mundan⁹ v̈o ann⁹ erit oib⁹ ſtellis ad p̄ma loca reuerſis
qd̓ fit demũ poſt. 15. milia annoꝝ. Magiſter dicit ĩ hiſto
ria gen̄. vbi agit de ebrietate noe: ꝙ magn⁹ annus implet̃
per circula ſexcentorum annorum. Era q̈ vtunt̃ hiſpani
ſinguloꝝ annorũ eſt cõſtituta a ceſare auguſto qñ ad pri
mum cenſum orbẽ deſcripſit. dicta eſt autẽ era ab ere ex
eo ꝙ omnis orbis es reddere pfeſſus ẽ reipublic̃e roma
norũ. Prius autem fuerunt indictiones poſtea ere.
¶ Olimpias cõſtituta eſt apud grecos in Elide ciuitate:
elijs agentibus agonem ⁊ quiquẽnale certamẽ: quattuor
medijs annis vacãtib⁹: ⁊ ob hoc temp⁹ elidij certaminis
olimpiadẽ vocauerũt: quadriẽnio in vna olimpiade ſup/
putato. ¶ Luſtrũ ẽ pẽteſtm. i. q̈nquẽniũ: qd̓ q̈nto ãno dr̃
ↄdi ppter olĩpiades a romanis: nõdũ. n. erant ↄſules neq3
ere. q̈nquennale q̈dem tempus ideo ſic vocatũ eſt: q2 cen
ſu per q̈nquẽniũ ĩ republica peracto vrbs romana luſtra/
bat̃. ¶ Apud romanos eſt annus ĩdictionalis qui ter q̈/
nos ↄtinet annos vt infra dicet̃ ⁊ p̄miſſum eſt. Apud he/
breos eſt annus iubileus. i. remiſſionis q̈ ſeptenis comple
tis annoꝝ hebdomadib⁹ celebrat̃: de quo dictũ eſt in ſex
ta pte ſub ti. q̈nquageſime. Apud xp̃ianos eſt annus be/
nignitatis ⁊ gratie ĩ q̈ xp̃s venit ⁊ nos ſola benignitate re
demit. Apud ſanctos cõprehenſores eſt ann⁹ eternitatis
⁊ glorie in quo exultabunt ſancti in gloria ſine fine. Rur
ſus ſecula generatõibus cõſtant: ſic dicta: q2 ſequunt̃: ab/
euntibus enĩ alijs alij ſuccedũt. Hoc tempus q̈dam q̈nq̈/
geſimũ annũ dicunt quẽ hebrei iubileũ vocant: vt ia3 di/
ctum eſt. Et ob hanc cauſã hebre⁹ propter vxorem ⁊ libe
ros amans dñm ſuum: aure pertuſa ſeruitio ſubiugatus
ſeruire iubet̃ in ſeculũ. ideſt vſq3 ad annũ q̈nquageſimũ
¶ Etas autẽ plerũq3 dr̃ pro vno anno ⁊ pro ſeptem ⁊ pro
centum ⁊ pro quouis tempore. Unde ⁊ etas eſt qd̓ de mł̓
tis ſeculis iſtruitur: ⁊ ideo dicta eſt etas quaſi euitas quia
ſimilitudo eui. Nam euũ eſt etas perpetua: cuius neq3 ini
tiu3 neq3 finis noſcit̃. Deriuatũ ãt ẽ euũ ab euias qd̓ apd̓
grecos aliquãdo pro ſeculo: ⁊ aliquãdo ponitur pro eter
no. Proprie vero etas duobus modis dr̃ videlicet hois ſi
cut infantia: iuuent⁹: ſenect⁹. aut mũdi: cuius prima etas
eſt ab adam vſq3 ad noe: ſecunda a noe vſq3 ad abraham:
tertia ab abraham vſq3 ad dauid: ⁊ quarta a dauid vſq3
ad trãſmigrationẽ inde in babyloniã: quĩta de iuda vſq3
ad aduẽtũ ſaluatoris ĩ carne: ſexta q̈ nunc agitur vſq3 quo
mundus iſte finiatur. Quot aũt ſunt ãni ab origie mũdi:
dictũ eſt in ſexta parte ſub ti. de ſeptuageſima

¶ Jncipit ſecũda pars: ⁊ p̄mo de menſe. Rubrica.

DJcto de anno ſequit̃ videre de menſe.
Eſt autẽ menſis ſpaciũ temporis: quo a
phebo phebe recedens eidẽ cõpleto ſuo
circulo ſociatur. Et dr̃ mẽſis a mẽſurã/
do: eo ꝙ annus p menſes menſurat̃: vel
a mene qd̓ eſt defect⁹ eo ꝙ luna ſingul̓
menſib⁹ viſu defic̃ ab hũano. Uel ſcd̓m
iſidorũ a mene grece quod eſt luna latine. Apd̓ grecos. n.
menſes legitimi non ex ſolis circulo ſed ex lune curſu cõ
numerantur quod eſt de noua ad nouã. Diuiditur aute3
annus p. 12. mẽſes: q2 ſol pagrãdo çodiacũ duodecim cir
cuit regiones ſignoꝝ. Et ĩ his duodecĩ menſib⁹ cõmorat̃.
Romulus tamẽ voluit tm̃ decẽ eſſe mẽſes in ãno: icipiẽs
a martio quẽ marti deo belli quem patrẽ ſuũ eẽ putabat
dedicauit. Unde ouidius ĩ p̄mo faſtoꝝ. Tempora digere
ret cum cõditor vrbis in annũ: Jnſtituit menſes q̈nq3 bis
eſſe ſuos. Sed numma pompilius videns ꝙ ann⁹ nõ hũ.
10. mẽſib⁹ ↄplebatur: ſuperaddidit duos p̄cipio. ſ. ianua
rium ⁊ februariũ. ¶ Januarius dr̃ a ianua. 86. di. ieiuniũ
q2 ſic̃ per ianuã ĩtramus domũ: ita per ianuariũ ĩtram⁹
annũ: eſt enĩ limes anni. vel dr̃ a iano deo q̈ ab antiq̈s di
cebat̃ p̄n^m ⁊ finis oĩum reꝝ. Ei enĩ fuit a gẽtilibus mẽſis
iſte cõſecratus. vnde ⁊ idẽ ianus bifrons pingitur vt anni
ĩtroit⁹ ⁊ exitus demõſtret̃. de quo dcm̃ eſt in. 6. parte ſub
titulo de circunciſione. ¶ Februari⁹ dr̃ a febribus que
tunc de facili cõtingũt. vel a februis. i. purgatõibus. Sũt
aũt februe oblatiões facte p mortuis. Romãi ãt illo mẽ
ſe memoriam aiarũ habebant ⁊ eas purgabant celebran
do exeq̈as mortuorũ: vnde ſm iſidorũ dr̃ a febru. i. pluto
ne cui eo mẽſe ſacrificabat̃. ¶ Martius dr̃ a marte pre

romuli. vel qꝛ eo tpe cūcta animātia agunť ad marē ꝛ ad
ↄcubendi volūtatē. Appellať etiā quīqꝫ mēſis nouoꝝ: qꝛ
eſt anni initiū. ꝛ quīqꝫ nouū ver: qꝛ in eo viridātibꝰ fructi
bus nob̄ trāſactoꝝ pbať occaſus. ¶ Aprilis diciť q̄ſi ape
rilis: qꝛ tūc terra apiť ad germinādū. et flores aperiunť ꝛ
arbores incipiūt pullulare. vel aprilis ꝑ venere dr̄ quaſi
afrodis. afrodis grece dr̄ latine venꝰ. ¶ Maiꝰ a maiori/
bus natu dr̄ q erāt p̄ncipes reipublice. vel a maia matre
mercury. ¶ Junius a iunioribꝰ dr̄. erāt enī oli maiores. ſ.
ſeniores q appellabanť p̄res: ꝛ hi i ciuitate ſemꝑ remane
bant vrbis regimini ↄſulentes. erāt ꝛ minores q ibāt ad
pugnādū ꝑ republica: ꝛ iō maiꝰ a maioribꝰ: iuniꝰ a iunio/
ribus nomē acceperūt: ꝛ in illoꝝ honorē inſtituti ſūt. vel
diciť a iunone. ¶ Julius dr̄ a iulio ceſare: qꝛ tunc natus
fuit: vel qꝛ tūc de hoſtibꝰ triūphauit. vicit enī cleopatraꝫ
reginā egypticū antonio viro ſuo bello nauali. Julius tñ
prius q̄ntilis dicebať eo q̄ ē q̄ntus a martio: q ſm romu
lū p̄ncipiū erat anni. ¶ Auguſtus eſt dictꝰ ab octauiano
auguſto q tūc natus fuit: vl̄ qꝛ tūc hoſtes ſupauit. p̄us tñ
dicebať ſextilis eo q̄ ſextus ē a martio. Septēber nomē
hꝫ a numero ꝛ imbre: qꝛ ſeptimꝰ ē a martio ꝛ imbres hꝫ.
ſic ꝛ october: nouēber atqꝫ decēber ex numero ꝛ ībribus
vocabula acceperūt: quē numerū occurrentem decēber
finit ꝑ eo q̄ denatiꝰ numerus p̄cedētes numeros clauſit.
¶ Quot aūt dies qlibet mēſis habeat his v̄ſibꝰ ↄtineť.
Junius aprilis ſeptēber nouēqꝫ tricenos. Plus vnuꝫ re/
liqui: ſꝫ hꝫ febrꝰ octo viccnos. Cui ſi biſextus fuerit ſuꝑ/
addiť vnꝰ. Hoc ē dicere q̄ iuniꝰ aprilis ſeptēber ꝛ nouē/
ber habēt. 30. dies. reliq aūt menſes habēt. 31. ſed februa
rius tñ hꝫ. 28. ꝛ qū biſextus. 29. Sciendū aūt eſt q̄ cuili
bet mēſi p̄mo dati fuerūt. 30. dies q multiplicati duode/
cies conſtituunt trecenos ſexaginta dies. De quinqꝫ v̄o
reſiduis datꝰ eſt vnus ianuario eo q̄ eſt p̄rincipiū anni ꝛ
etiā rōne ipſiꝰ numeri: quia impar numerus mūdus eſt:
ꝛ numero deus impare gaudet. 32. q. i. nuptie. ſecūdꝰ datꝰ
eſt martio ꝑpter eandē imparitatē. tertiꝰ maio. quartꝰ iu
lio. quintus octobri. Ceſar aūt auguſtus volēs ſuum mē
ſem eſſe equalem mēſi iulij abſtulit februario vnā diē:
qꝛ erat mēſis triſtitie atqꝫ luctꝰ: ꝛ attribuit eā auguſto. ꝛ
ita remāſerūt februario tñ. 29. ꝛ auguſto. 31. Demū aſtro
logi rōani abſtulerāt aliā diē februario ꝛ addiderāt decē
bri: ad h̄ vt finis p̄n. tñderet: ꝛ ſic februario remāſerāt tñ.
28. ꝛ decēbri. 31. Uerūtñ ad q̄dā ↄpēſatōeꝫ vna dies. vꝫ.
biſextilis eſt de q̄rto i q̄rtū ānū februario reſtituta. Qua
v̄o die vel q̄ feria qlibet mēſis intrat: iā ſubti. ō ſeptima
na diceť. ¶ Sane in q̄libet mēſe ſūt tres dies celebres
qui ſoli ꝑprijs noībꝰ noīanť: ꝛ ab eis ceteri denominan/
tur. ſ. kalē. none. idus quos romani ꝑꝑ dies feſtos vel ꝑ/
pter officia magiſtratuū īſtituerūt. His. n. diebꝰ i vrbibꝰ
ↄueniebant. de ↄſe. di. i. ſi qs. kalēde ſūt p̄mi dies mēſis:
ꝛ dicunť quaſi colēde: qꝛ tūc ſemꝑ erat feſtū iunōis. Uñ
ouidius. Uendicat auſonias ſaturnia iuno kalēdas. Uel
qꝛ tūc a romāo pp̄lo p̄ncipia mēſiū celebrabanť: ſicut fit
ab hebreis: 26. q. vlti. nō lꝫ. ꝛ. c. ſe. Uñ ouidiꝰ. Salue feſta
dies: melioꝛqꝫ reuertere ſemꝑ. A pp̄lo rex digna potēte
coli. Uel dicunť a kalo qđ eſt voco. p̄ nāqꝫ die mēſis: p̄co
de more populum ad nūdinas vocabat: clamans totiens
kalo quot dies erant vſqꝫ ad nonas: ꝛ ideo pluraliter ka/
lende a pluribus vocationibꝰ vocabanť: vel a kalo qđ ē
bonum omen per totum menſem habendum. 26. q. vlti.
non obſeruetis. tūc enī ſibi mutuo encenia trāſmittebāt.
¶ None v̄o ſunt q̄ttuoꝛ vel ſex dies i q̄lꝫ menſe qui ſe/
quuntur poſt kalendas: ꝛ dr̄r a nundinis quaſi nundine
qꝛ tūc romani nūdinas colebant. Jdeo aūt in aliquo mē
ſe erant none ſiue ieboatio nundinaꝝ i die q̄nta: ꝛ in aliq̄

in die ſeptima: ne p̄dones certū tempus ad iſidiandum
mercatoribꝰ haberent. Uel dicunť none a nonis: qꝛ ille
dies nonus erat an̄ idus: vel a non qꝛ tunc nullū fiebat fe
ſtum. Uñ ouidiꝰ. Nonarū tutela deus erat. ¶ Jdus v̄o
ſunt octo dies qui ſequunť poſt nonas. Eſt aūt idus ſemꝑ
in. 13. vel. 15. die ſm q̄ none precedunt. Si enī menſis hꝫ
quattuoꝛ nonas idus eſt. in. 15. die. Si aūt ſex nonas idus
eſt in. 13. die. Qꝛ autem conciliū anthiochen̄. 18. di. ꝑpter.
dic̄ q̄ idus eſt in die decima: hoc alia cōſideratione dic̄.
ꝛ dicunť idus quaſi diuiſio: q a tunc fiebat diuiſio nundi
narum: vel qꝛ in idibus fit diuiſio menſis. Dr̄ autem idꝰ
ab iduo as. i. ſeparo as. vnde vidua dr̄ quaſi idua id eſt di
uiſa. Pleriqꝫ latinoꝝ putant idus dici ab edēdo. eo q̄ hi
dies apud veteres epularū eſſent. ¶ Dies aūt q ſequunť
ſtatim poſt kalen. ita denominanť. Si. n. eſt menſis qui
habet quattuoꝛ nonas: debemꝰ dicere i kalendario ſtati
poſt kalē. 4. nonas. i tertio. 3. nonas. i quarto p̄die nonas.
i q̄nto vero nonas dicimꝰ: vt patet in ianuario ꝛ ſilibꝰ. Si
vero eſt menſis q habet ſex nonas debemꝰ dicere ſtatim
poſt kalēdas ſexto nonas. i tertio die q̄nto nonas. in q̄rto
4. nōas. i q̄nto tertio nonas. i ſexto p̄die nonas: i ſeptimo
nonas: vt patet i martio ꝛ ſilibꝰ. ¶ Dies aūt q ſequunť
poſt nonas ita denoianť i q̄libet mēſe. octauo idꝰ. 7. idꝰ.
. 6. idus. 5. idus. 4. idus. 3. idus pridie idus ꝛ idibus. ſic hec
apparēt i kalē. manifeſte. ¶ Dies v̄o q ſequunť poſt idꝰ
denoianť a kalē. mēſis ſequētꝭ h̄ mō. Januarius habet
trigītaunū dies: de iſtis accipe vnum ꝑ kalen. ꝛ. 8. ꝑ idibꝰ
ꝛ. 4. pro nonis: ꝛ ſic remanēt tñ. 18. adde ergo iſtis. 18. die
bus kal̄. ſiue diem kalendarū ſequētis menſis ꝛ ſic erunt
19. Unde in menſe ianuario debemꝰ dicere ſtati poſt idꝰ.
19. kalen. februarij. in ſequenti die. 18. kalen. ꝛ ſic per ordi/
neꝫ vſqꝫ a finē menſis ſemper minuēdo. ¶ Nota tamen
q̄ dicimꝰ p̄die idus ꝛ p̄die nonas ꝛ p̄die kalendas ꝛ nō ſe
cundo: qꝛ ſcđs dr̄ a ſequoꝛ. ſed illa dies non ſequiť ſꝫ p̄ece/
dit. Et exponitur hec prepoſitio pre. i. āte vel priꝰ. vnde p̄/
die quaſi priori die ſiue pre. i. ante diē. Et cum dr̄. 4. nonas
itelligitur quarto die ante nonas: ꝛ ſic de alijs. Quot aūt
dies denominenť a nonis. quot ab idibus ꝛ quot a kalen
dis oīum menſiū his verſibꝰ contineť. Sex nonas maiꝰ.
october iuliꝰ ꝛ mars. Quattuoꝛ at reliqui. tenet idus q̄lꝫ
octo. Janus ꝛ auguſtus denas nonaſqꝫ december. Juliꝰ
october mars maiꝰ epta decemqꝫ. Juniꝰ aprilis ſeptēber
ꝛ ipſe nouēber Ter ſenas retinēt. februſqꝫ bis octo kalen
das. hoc eſt dicere q̄ maiꝰ october iuliꝰ ꝛ martiꝰ habēt di
es ſex pro nonis: ſed reliq menſes habēt tñ quattuoꝛ. Et
qlibet menſis habet octo dies ꝑ idibꝰ. Jtem q̄ ianuarius
auguſtꝰ ꝛ december habēt. 19. dies pro kalen. Julius vero
martius october ꝛ maius habent. 17. Juniꝰ aūt aprilis ſe/
ptember ꝛ nouember habent. 18. Februariꝰ habet. 16. ꝛ ſi
fuerit biſextus ſuꝑadditur ei vnus. ¶ Jllud aūt notādū
q̄ i quolibet menſe ſunt duo dies egyptiaci. i. ab egyptijs
deprehēſi. in egypto enī erant qdaꝫ aſtrologi qui quaſdā
ↄſtellatōes nociuas humanis actibus in illis diebꝰ inuene
runt: iōqꝫ illas notas eſſe hominibꝰ voluerūt: tamē illarū
cōſtellationū puncta ſcire ꝑpter errorē noſtri ↄputi non
valemꝰ. vel forte inuenerūt illos dies bene cōſtellatos:
ꝛ iō eos i kalēdario notauerunt vt in illis diebꝰ potiꝰ q̄ in
alijs actibꝰ iſiſtať: quoꝝ errorē ne eccleſia ſeq videatur a
talibꝰ caueť. Uel dr̄r egyptiaci ſm quoſdā qꝛ dn̄s in illis
diebꝰ percuſſit egyptios nouem plagis. Quotus autē ſit
dies egyptiacꝰ a p̄n° vel a fine menſis his verſibus cōtine
tur. Augurioꝛ decles audito lumie clāgoꝛ. Liqt olēs abies
coluit colus excute gallū. Jn his v̄ſibꝰ ſūt. 12. dictiões. 12.
mēſibꝰ ſeruiētes: p̄ma p̄: ſcđa ſecūdo: ꝛ ſic per ordinē ſūpto
initio a ianuario: ita q̄ q̄tta die erit p̄ma littera p̄me ſyl/

labe alicuiꝰ iſtarū dictionū in alphabeto: totus erit dies
egyptiacꝰ i illo menſe cui ſeruit illa dictio computando a
menſis p̄ncipio verſus finē. Item quota erit p̄ma littera
ſecūde ſillabe i alphabeto totꝰ erit dies egyptiacus in illo
menſe cui ſeruit illa dictio computando a fine verſus pri-
cipium: verbi gratia. Augurioꝛ eſt prima dictio ⁊ ſeruit p̄-
mo menſi.ſ. ianuario. au ē prima ſyllaba: ⁊ a eſt prima lit
tera ipſiꝰ ſyllabe: ⁊ eſt prima i alphabeto: ergo dies prima
ianuarij egyptiaca. Item gu eſt ſcđa ſyllaba: ⁊ g eſt prima
littera ipſiꝰ ſyllabe: ⁊ g eſt ſeptia i alphabeto: ergo ſeptimꝰ
dies ianuarij numerādo a fine verſus p̄ncipiū eſt egyptia
cus: ⁊ ſic in alijs. hoc obſeruato ꝙ h i hoc loco ꝓ littera nō
ponatur. Quilibet autem p̄miſſoꝛum dierum propter vni
cam hoꝛam ſui denominatur egyptiacus: de hoc dictum
eſt in fine operis. De diebus vero felicibus vel īfelicibus
quos qdam aſtrologi notauerunt in p̄n̄ti opuſculo nō agi
tur q͛ eccleſia ꝓhibet fidem talibꝰ adhiberi. 36. q. vltima:
non obſeruetis: ⁊ c. qui eſtimaret. ⁊ c. ſe. In quibuſdā q̊q̄
menſibus ſunt qdam dies q caniculares dicunť a cane vľ
canicula ſtella ſita i frōte leonis ⁊ ante genua thauri: que
eſtiuis mēſibꝰ eſt i medio centro celi: ⁊ dum ſol ad eam
aſcenderit coniūcta cum ſole vel ei ꝓxima duplicatur ca-
loꝛ ipſiꝰ ex quo diſſoluunť coꝛpoꝛa ⁊ vapoꝛanť: vnde voca
tur canis: q͛ coꝛpoꝛa moꝛbis afficit. ⁊ ſunt ſeptuagitaduo
dies in q̄bus ꝓpter tp̄is crudelitatē ⁊ caloꝛis ſolis itempe
rieꝫ malū eſt minui ſanguinē ⁊ potionari. Quādo aūt illi
dies icipiant ⁊ finianť his v̄ſibus cōtineť. Incipiunt iulij
p̄die idus caniculares. Et p̄die nonas ſeptēbꝛis fine reſul
tant. ₣m aliquos vero incipiunt. 14. kalen. auguſti.

De ſeptimana. Rubꝛica.

Sequitur de ſeptimana. Nempe ꝯtinet
ſeptimana ſeptem dies nāles quoꝛū re
petitione ⁊ menſes ⁊ anni ⁊ ſecula pagū
tur: ⁊ hec apud grecos hebdomada: ſed
apud hebꝛeos ſabbatū appellať: ⁊ dicit
ſeptimana a ſeptē ⁊ mane quaſi ſeptem
⁊ mane: pars ꝓ toto.ſ. mane pro tota die.
vel a ſeptē ⁊ manet: q͛ manet per ſeptem dies. vel dicitur
ſeptimana quaſi ſeptem luces. nam mane lux eſt ₣m Iſi-
doꝝ. Idem etiā ſpaciū vocať hebdomada ab epta grece
quod eſt ſeptem: ⁊ deos qđ eſt dies vel modꝰ quod ē men-
ſura: ⁊ ſcđm hoc hebdomada eſt cōmuniꝰ nomē q̄ ſepti-
mana. vnde daniel. Poſt ſeptuagita ebdomadas ⁊c. ⁊ ſu
muntur ibi hebdomade annoꝝ.i. ſeptuagies ſeptem āni
Septimane aūt nequeunt habere certa noīa: q͛ neq̄ h̄nt
certa initia. Singulis nāq̄ annis varianť ꝓpter vnum vel
ꝓpter duos dies q quandoq̄ ſūt ſuper integras ſeptima-
nas. Oēs aūt dies ſeptimanarū iſcribunť ſeptē primis lit
teris alphabeti. Item dies ₣m gentiles denoīanť a plane
tis. Primus a ſole q p̄nceps eſt oīum ſydeꝝ: ſic ⁊ idē dies
caput eſt ceteroꝝ dierū. Secundus a luna que ⁊ ſplendo
re ⁊ magnitudine ſoli ꝓxima eſt ⁊ ex eo mutuat lumen.
Tertiꝰ a ſtella martis que veſper vocatur. Quartus a ſtel
la mercurij quā qdam candidū circulū dicunt. Quintus
a ſtella iouis quā phetontem aiunt. Sextus a ſtella vene
ris quam luciferū aſſerunt. q͛ inter cuncta ſydera plus lu
cis affert. Septimus a ſtella ſaturni que ſexto celo locata
triginta annis fertur explere curſum ſuum. de hoc dictū
eſt in ꝓhemio. 8. partis. Sed queritur q̄re dies nō ita
oꝛdinanť in ſeptimana ſicut planete i celo: quoniam in ce
lo oꝛdinanť ₣m hunc verſuꝫ. Sol ve. mer. ⁊ luna ſaturnꝰ.
iuppiter ⁊ mars: vel ſic. Saturnus ioue mars ſol cū vene.
mer. luna. Solutio dicimus ꝙ dies i ſeptimana non oꝛdi
nanť ₣m oꝛdinem planetarū ſed ₣m regimē eoꝝ i ſingu
lis diebꝰ vnde q͛ viderūt philoſophi ꝙ ſol regnabat p̄ma
hoꝛa diei dn̄ice ideo illam diē denominauerūt a ſole. Itē
q͛ viderunt q͛ luna regnabat p̄ma hoꝛa ſecunde ferie: iō
diem illum denoīauerunt a luna: ⁊ ſic de ceteris: ſicut pꝫ
ex diſtictione hoꝛaꝝ diei ſcā iter planetas per oꝛdinē ſuc
ceſſiue. Rurſus a dcis planetis pħi noīa ſumpſerūt eo ꝙ
a ſingulis aliquid in hoīe eſſe voluerunt vt a ſaturno cādi
tatem a ioue temperantiā a marte feruoꝛem a ſole ſpūꝫ a
venere voluptatē a mercurio eloquentiam: a luna coꝛ. Et
q͛ oꝛdo planetarum vltra numerū ſeptenariū nō ꝓcedit:
ſed ad primū reuertitur iō tātū ſeptē dies i ſeptimana ſūt
a ſapientibus cōſtituti. Nunc vidēdū eſt qua die ſepti
mane q̄libet mēſis itret: de hoc duplex rō habeť. Prima
per hos v̄ſus. Alto domat dn̄s gratis beat equa gerentes
Contēnit fictos augebit dona fideli. In iſtis verſibus ſūt
duodeci dictiones duodeci mēſibꝰ ſeruientes: prima pri-
mo: ſecunda ſecūdo: ⁊ ſic per oꝛdinē: ſūpto initio a ianua-
rio: ita ꝙ quecūq̄ fuerit initialis littera alicuius iſtarū di
ctionum: eadem erit lr̄a kalendarū menſis cui ſeruit illa
dictio. v̄bi gr̄a. alta eſt p̄ia dictio ⁊ ſeruit p̄mo menſi.ſ. ia
nuario: ⁊ a eſt p̄ia littera illiꝰ dictiōis alta: g͛ a eſt p̄ia lr̄a
ianuarij. Item domat eſt ſcđa dictio que ſeruit ſcđo men
ſi.ſ. febꝛuario: ⁊ d eſt p̄ia lr̄a iſtiꝰ dictōis: ergo d ē p̄ma lr̄a
febꝛuarij: ⁊ ſic de alijs. Item dicit ſequēs verſus per ſylla
bas: quod p̄cedentes per dictiōes. Adam degebat ergo ci
fos adrifex. Habita aūt lr̄a kalendarū facile poſſumꝰ ſci
re qua feria q̄libet menſis itret. Per litterā eni domini-
calē illius anni ꝓcede ꝯputādo dies per lr̄as ſubſequētes
vſq̄ ad lr̄am q̄ ē i kalē. mēſis cuiꝰ diei itroitū ſcire optas:
⁊ i qua feria occurret i tali feria itrabit ille menſis. Secū
da rō per quā ſcire potes qua feria q̄libet mēſis itret ē ꝑ
regulares ⁊ cōcurrentes. Nota ergo ꝙ i anno ſolari ſunt
q̄nq̄gītadue ſeptimane ⁊ vnꝰ dies vel duo ſi ſit biſextilis:
ꝓpter quā diem varianť ſingulis annis p̄cipia menſiuꝫ
Si.n. hoc anno icipiat ianuariꝰ a die dn̄ico: toto illo anno
a: que eſt p̄ia littera ianuarij erit dn̄icalis. Cū ergo ventū
fuerit ad finē āni: illō a finale kalēdarij: qđ iſcribiť illi di-
ei q̄ ē vltra itegras ſeptimanas: repūtabit diē dn̄icā: ergo.
ſequēs a quod iterū eſt initiale ianuarij repūtabit ſecūdā
feriam. ⁊ ſic toto illo āno erit illa variatio. eodē mō ſingu
lis annis varianť initia menſiū ꝑ diuerſas ferias. Et ſi ſit
biſextꝰ duplex erit variatio. prima i kalē. ianuarij. ſcđa i fe.
ſto ſci matthie. Ut g͛ ꝯputiſte ſcire poſſēt q̄ feria q̄lꝫ āno
q̄lꝫ menſis iciperet iuenerūt duos nūeros. vnū iuariabilē
q vocať regľaris. ſolarľ. ferialľ. aliū variabilē q vocať ꝯcur
rens de q̄bꝰ breuiter eſt dicēdū. Uidēdū ē aūt primo
qđ ſit regularis ſolarľ: vnde dicať: ⁊ vnde hēat oꝛtuꝫ: ⁊ q̊t
regulares q̄ſq̄ mēſis hēat. Regľaris ſolꝰ ē numerꝰ iuaria
bilis datꝰ menſi: q adiūctꝰ ꝯcurrēti dclarat qua feria ſepti
mane q̄lꝫ mēſis itret cuiꝰ fuerit regľaris. Dr̄ āt regularis
a regľa. q͛ iuariabilľ ē ſicͭ regľa. 3. di. canō. Solarľ dr̄ ad dif
ferētiā lunarľ: đ q̊ īfra diceť. Habēt oꝛtū regľares a mar
tio: nā i mēſe martij ſūt. 5. regľares ſeu. 5. ꝓ regľari. Mar
tiꝰ.n.ū hūit initiū i p̄ āno mūdi ſeu ſecľi: imo dr̄ mūdꝰ fcs
fuiſſe i illo mēſe i die q̊ dr̄. 15. kalen. ap̄lis: vel vt alij dicūt
8. kalē. Si.n. ꝯputes oꝛdie retrogrado dies ſeptiane vſq̄
ad kalēdas martij: iuenies ꝙ q̄nta feria mūdꝰ icepit: ſi ta
men ante martiū fuit. ⁊ hec eſt cauſa quare martius q̄na
riū numeꝝ habuit pro regulari. Regulares vero alioꝛuꝫ
menſiū ſic foꝛmantur. Iungas regľares menſes cuꝫ die-
bus eiuſdeꝫ: ⁊ ab illa ſūma ſubtrahe. 7. quotiēs poteris: ⁊
regulareꝫ ſeqn̄tis menſis quod remanſit indicabit. ver
bi gr̄a. Martiꝰ habet q̄nq̄ regulares ⁊ dies eius ſunt. 31.
redige in ſummā ⁊ ſunt. 36. ſubtrahe. 7. quotiēs poteris ⁊
remanet vna dies que dať menſi ſequenti pro regulari.
Item aprilis habet. 30. dies ⁊ vnū regulaꝛē ꝯſtituūt. 31.

ſubtrahe.7.quotiēs poteris:⁊ remanebūt tres: que dant̄ maio pro regularib⁹:⁊ ita de alijs vſqȝ ad martiū. Poſſumus etiam ſcire menſiū regulares per hos verſus. Eſt aſtris clara fulgentib⁹ ara deoꝝ. Grata bonis extat gratiſſima cuiqȝ fideli. In iſtis verſibus ſūt.12. dictiōes.12. mēſib⁹ ſeruientes.pma p̄.ſcda ſecūdo:⁊ ſic p ordinē ſumpto initio a martio:ita ꝙ quotta fuerit litterra pma alicuius iſtarū dictionū in alphabeto tot regulares habet ille mēſis cui ſeruit illa dictio:verbi gratia. Eſt eſt pma dictio ⁊ ſeruit pmo menſi.ſ.martio:⁊ e eſt pma littera iſti⁹ dictionis eſt:⁊ eſt quinta in alphabeto:ergo martius habet.5.regulares. Item aſtris eſt ſecunda dictio:⁊ ſeruit ſecundo menſi.ſcȝ aprili.⁊ a eſt pma littera iſtius dictionis que eſt etiā pma in alphabeto:ergo aprilis habet vnū regularē. ⁊ ſic de alijs. ¶ Nunc dicamus de concurrentibus. Dr̄ aūt cōcurrentes:qꝛ ſibi inuicē cōcurrunt ſicut videbitur ī formatione:vel ideo qꝛ cōcurrunt cū regularibus ad demonſtrandū initialē feriam menſiū ſingulis annis. Eſt aūt cōcurrens:ſuperexcreſcentia vnius diei vel plurium ſuper quīquagintaduas ſeptimanas anni ſolaris.ideo dixi vel plurium:quia in anno biſextili ſuperexcreſcunt duo dies:in alijs vero vnus tm̄: ⁊ ab illa ſuperexcreſcētia habēt originē cōcurrētes. Alij vo ꝯcurrētes q ſequunt̄ poſt pmū formant̄ vno addito ſingulis termis ſuie annis: ſic tamē ꝙ ſeptenariū numeꝝ nō excedūt.qꝛ nō ſūt niſi ſeptem ferie:⁊ quādocūqȝ eſt ſeptim⁹ cōcurrens:illo anno menſes habēt eadē pncipia q̄ in pmo āno mūdi ſeu ſeculi habuerunt:quelibȝ cui feria diſtat per ſeptenariū a ſemetipſa. Concurrentes etiam in hac linea demonſtrantur .1.2.3.4.6.7.1.2.4.5.6.7.2.3.4.5.7.1.2.3.5.6.7.2.3.4.5.6. Nam prim⁹ ann⁹ cicli ſolaris habet vnū cōcurrentē.ſecūdus duos.terti⁹ tres.quart⁹ quattuor.qntus ſex ꝑpter biſextum. ſext⁹ ſeptē.ſeptim⁹ vnū:qꝛ vltra ſeptenariū non procedit̄: ſed reuertit̄ ad vnū:⁊ ita debem⁹ ꝑcedere vſqȝ ad.28.annos:tūc reuertimur ad pmū annū cicli ⁊ procedimus ſicē prius. Unde trāſcurſus.28.annoꝝ vocat̄ ciclus ſolaris vl̄ cōcurrentiū. ⁊ dr̄ ciclus quaſi circulus per ſilitudinē. Si aūt volum⁹ ſcire quot⁹ ſit ann⁹ cicli ſolaris debem⁹ diuidere annos dn̄i per.28.quotiēs poſſumus: ⁊ addere illis.9. anteꝗ̄ diuidam⁹:qꝛ quādo chriſtus nat⁹ fuit tantū iam ꝑceſſerat ille ciclus.⁊ quot⁹ annus remāſerit ſupra diuiſionem annoꝝ tot⁹ erit ciclus.⁊ ſi null⁹ remāſerit:tunc ſum⁹ ī vltimo anno cicli ſolaris. vnde verſus. Annis adde nouē domini partire per octo Uigiti. ciclus ſic tibi notus erit. Poſſum⁹ ēt ſcire cōcurrentes cuiuſlibet anni per litterā dn̄icalē illi⁹ āni ſic declarāt vſiculi ſubſequētes. A ſex.b.qnqȝ.c.q̄ttuoꝛ.e.duo.tres.d. Prim⁹ cōcurrens.f.lr̄a ſeptimus eſt.g.⁊ ſic de ſimilibus. Hoc eſt dicere ꝙ qn̄ a eſt lr̄a dn̄icalis ī illo anno ſūt ſex p ꝯcurrente:quādo.b.qnqȝ.qn̄.c.q̄ttuoꝛ.quādo.e.duo.qn̄.d.tres qn̄.f.vn⁹.qn̄.g.ſeptem. Inuēto aūt cōcurrente debem⁹ iūgere cū regularib⁹ mēſis cuius feriam kalendarū.i.ītroitū ſcire volum⁹.⁊ quota fuerit illa ſūma ſi nō trāſcendat ſeptē: tota ſiue tali feria ſeptimane ille menſis ītrabit. Si vero tranſcendat ſeptem quotū fuerit reſiduū tota feria ſeptimane ille menſis ītrabit. Sicut aūt cōcurrētes:ita ⁊ dn̄icales lr̄e variātur. Nam in pmo anno cicli ſolaris eſt.f.lr̄a dn̄icalis.in ſecundo.e.in tertio.d.in q̄rto.c.ī qnto.a. tunc enī ꝑpter biſextum pertranſit̄.b.qd̄ in his verſib⁹ declaratur. Fert ea dux cōꝛ amet gens fautoꝛ cū coluit bis. Ars genus eſt de corde bono gignit ferus enſis. Dicta beant aqua gēs frōs dat cūctis bonus auctoꝛ. In his verſib⁹ ſunt vigitiocto dictiones vigitiocto annis cicli ſolaris ſeruientes.pma p̄.ſecūda ſcd̄o:⁊ ſic p ordinē ſūpto initio a pmo anno cicli ita ꝙ q̄cūqȝ fuerit initialis lr̄a alicui iſtaꝝ dictiōnū eadē erit lr̄a dn̄icalis i illo anno cui ſeruit illa dictio. Uerbi gratia Fert eſt pma dictio ⁊ ſeruit pmo anno cicli ſolaris.⁊.f.eſt pma littera.ergo.f.eſt lr̄a dn̄icalis ī p̄ anno cicli ſolaris. ⁊ ſic de alijs. Et nota ꝙ ille annus eſt biſextilis cui deſeruit aliqua dictio deſinens in.t.⁊ ita pmus ann⁹ cicli ſemper eſt biſextilis.cū ei deſeruiat dictio deſinēs ī.t.ſ.fert. ⁊ ꝑꝑ hoc pma lr̄a dictōis deſinēs in t non erit lr̄a dn̄icalis in illo anno cui ſeruit illa dictio niſi a loco biſexti vltra:qꝛ lr̄a dn̄icalis cū biſexto ſimul mutat̄. A kalendis vo ianuarij ꝑcedētis ipm biſextū vſqȝ ad locū biſexti erit lr̄a dn̄icalis illa que imediate ſeq̄t̄ in kalēdario poſt illā que deberet eē lr̄a dn̄icalis. vnde ī pmo anno cicli.f.ē lr̄a dn̄icalis a loco biſexti vſqȝ ad kalendas ianuarij ſequētis. A kalendis vero ianuarij ꝑcedentis vſqȝ ad locū biſexti.g.eſt littera dn̄icalis:⁊ ita in alijs. Ann⁹ autē cui ſeruit illa dictio ſciri poteſt per rōnem ſuperius dictā de ciclo ſolari:nā rō lr̄e dn̄icalis tunc currentis rōne ſili icipit ⁊ finit̄. ¶ Nūc aliqua de idictōe dicamus. Eſt autē idictio ſpaciū tēporis q̄ romanus princeps tributū gētib⁹ idicebat. Si autē volumus ſcire quota ſit idictio debem⁹ addere tres annos annis dn̄i:⁊ poſtmodū diuidere annos dn̄i per qndeciȝ quotiens poſſum⁹ ⁊ quot⁹ ann⁹ remāſerit facta diuiſione tota erit idictio:⁊ ſi nullus ſuperauerit ī vltimo anno idictōis ſumus:⁊ tunc ad pmam idictōnē reuertimur:qꝛ idictio nō tranſcēdit qndecī:vnde verſus. Si trib⁹ adiunctis dn̄i diuiſeris annos: Per ter qnqȝ dat̄ idictio certificata. De idictione pleni⁹ dixim⁹ in ſpeculo iudiciali. in tractatu de īſtrumentoꝝ editione.§.i. verſi.poſt annos.⁊ infra vbi de ciclis agetur. De era ſupra dictum eſt.

¶ De die. Rubrica.

Licet iam ſuperius in pleriſqȝ locis d̄ die tactum eſt nihilomin⁹ hic ſpālitcr dicendū eſt. Sciendū eſt igr̄ ꝙ duplex ē dies. ſcȝ naturalis ⁊ artificial̄ ſiue vſual̄. Naturalis ē ſpaciū quo ſol ducitur circa totam terrā ab oriente vſqȝ in occidentē: ſcȝ ſpaciū diei ⁊ noctis:qd̄ ſemper continet.24.horas. Dr̄ dies iſta a dijs quorum noīa romani quibuſdam ſiderib⁹ ſacrauerunt. vnde q̄libet dies ab aliquo deo antiq̄tus vocata eſt: vt a ioue ⁊ alijs ꝑut ſub ſeptimana dcm̄ eſt. vel a dia quod eſt duo qꝛ ꝯtinet duo tempora noctem.ſ.⁊ diem vſualem. Quando:aūt icipiat dictum ē in pꝛhemio ſeptime partis. Artificialis eſt ſpaciū quo ſol morat̄ ſuper noſtrū hemiſperium ab ortu ſolis vſqȝ ad occaſum. Et hic ſcd̄m ſolis aſcēſū ⁊ deſcenſū creſcit pariter ⁊ decreſcit. Dr̄ aūt dies a dian qd̄ eſt claritas. Et dicit̄ vſualis ſiue artificialis:qꝛ ſolū hoc tempus aptū eſt vſib⁹ ⁊ artificijs exercēdis. Reliqua pars diei dr̄ nox a noceo:quia nocet viſui ⁊ vſui.⁊ ideo vocata eſt dies a meliori parte ſine cōmemoratione noctis:iuxta illud. Et factū eſt veſpe ⁊ mane dies vn⁹. ¶ Rurſus partes diei ſunt tres ſecūdū Iſidorum.ſ.mane meridies ⁊ ſuprema. Mane ē lux matura ⁊ plena nec iā crepuſculū. Meridies dr̄ quaſi medi dies.id eſt medius dies:vl̄ quia tunc purioꝛ dies ē. Suprema eſt poſtrema pars diei. Sero dr̄ a clauſis ſeri. Noctis vo ꝑtes ſūt ſeptē.ſ. veſpere:crepuſculū:conticinium:intempeſtū:galliciniū:matutinū ⁊ diluculū. Ueſperum dr̄ a veſpere occidentali ſtella que tenebras ſequentes precedit: ⁊ dicuntur tenebre quaſi tenentes vmbram. Crepuſculū dicitur dubia lux.ſcilicet inter lucē ⁊ tenebras. Conticinium eſt quando iam oēs ſilent. Intempeſtū eſt mediū noctl temp⁹ quādo nil agi poteſt:⁊ oīa ſilent q̄ſi inopportunū. Galliciniū dr̄ ꝑpter gallos lucis prenuncios. Matutinū eſt iter abſceſſum tenebrarū ⁊ auroꝛe aduentum. Diluculū dr̄ q̄ſi icipiens parua diei lux ⁊ auroꝛa q̄ ſo

:lem pcedat:Eſt eni aurora diei clareſcẽtis exordiũ. ℂ Et nota q̄ dies aliȝ ſũt ſiderales i q̄bus ſidera mouent̃ ⁊ homines a nauigatõib⁹ excludunt̃:aliȝ p̄liales:de q̄bus i li. Regũ. q̄b⁹ reges solẽt ad bella pcedere:aliȝ itercalares: q̄s ſcim⁹ duodeci mẽſib⁹ ſupeẽſſe:aliȝ caniclares:aliȝ ſolſtiales:aliȝ eq̄noctiales:de q̄b⁹ iã p̄miſſũ ẽ:aliȝ faſti in quibus iura fant̃:aliȝ nefaſti eis ꝯ̃riȝ:aliȝ feſti.i.feſtiui:vt dies ſcimoꝝ:aliȝ pfeſti q̄ſi pcul a feſtis:vt feriales: aliȝ mali ſũt q̄ñ i eis plus ſolito hoĩes affligunt̃. vñ apl's. Redimẽtes tp̄s:q̄m dies mali ſũt:⁊ ex ꝯ̃rio ſũt boni:aliȝ egyptiaci de q̄b⁹ p̄miſſum ẽ.ẽ ẽt dies ſalutis i q̄ dñs venit ad ſaluãdũ:ẽ ẽt dies iudiciȝ in q̄ dñs veniet ad iudicãdũ:q̄ erit bonis dies letitie:malis aũt calamitatis ⁊ miſerie. Momẽtũ v̄o eſt minimũ atq̄ȝ anguſtũ tp̄s a motu ſideꝝ dcm.eſt eni extremitas hore in breuibus interuallis cũ aliq̄d ſibi cedit atq̄ȝ ſuccedit ſm̃ Iſidoꝝ. Hora grecum nomẽ eſt:⁊ tñ latinũ ſonat:eſt eni finis tẽporis. quot ãt horas ꝯtinet dies nãlis dictũ eſt in p̄ncipio huius partis.




ℂ Aſtrologus tamẽ curioſius poteſt horas equare:ſed premiſſa equatio pro vulgaribus ⁊ ſimplicib⁹ ſufficere põt.

ℂ Rubrice ſcõe partis tractantis de anno lunari.

Sequitur ſcõa pars de anno lunari. In qua agit̃ primo quid ſit annus lunaris: ⁊ quot dies ꝯtineat. Scõo d̃ regularib⁹ lunaribus. Tertio de epacta. Quarto d̃ embolismo. Quinto de aureo numero. Sexto d̃ termino paſcali ⁊ aliaꝝ mobiliũ feſtiuitatũ. Septimo de ciclis.

ℂ Quid ſit annus lunaris:⁊ quot dies ꝯtinet. Rubrica

Annus lunaris dicitur trib⁹ modis. Primo modo ann⁹ lunaris eſt ſpaciuȝ quo luna circuit totũ ȝodiacũ.quod facit in 27.diebus ⁊ duodecim horis. Secũdo modo dicitur annus lunaris ſpacium q̄ luna circuit ſolem ab vna aſcenſione vſq̄ ad aliã ⁊ hoc facit i.29.dieb⁹ ⁊.12 hoꝝ

Nam cum luna ſeparat a ſole ad peragrandū ʒodiacum: ⁊ poſtea reuertit ad eūdē punctū i quo dimiſerat ſolem: nō inuenit illū ibi: q2 ſol iam tantū ꝓceſſit ſuo motu: ꝙ luna laborat recurrere ad eū ſiue attigere ipſū duob⁹ dieb⁹ ⁊ trib⁹ horis. Tertia dr̃ annus lunaris ſpaciū duodeci lunationū i anno cōmuni: ⁊ tredeci i emboliſmali. de qbus īfra dicet. Cū ergo lunatio q̄libet cōſtet ex .29. dieb⁹ ⁊ .12. horis: q2 non curat eccleſia de minutys: ⁊ ex duodeci horis ꝓcedentis lunatōis: ⁊ ex .12. ſeq̄ntis ꝯſtituit vna dies natural' que ſemꝑ lunatōi ꝓcedenti attribuit: ita ꝙ lunatio ꝓcedentis menſis ſemper habeat .30. dies. ⁊ ſequentis 29. niſi aliud ſit ꝓpter biſextū vel emboliſmū vel ſaltum lune. vnde vſus. Luna paris mēſis nunq̄ triceſima fiet. Impar triceno nunq̄ niſi fine carebit. Tempore biſexti febri triceſima luna eſt. Nam iulij luna tunc eſt .29. Par menſis dr̃: q2 numerādo a ianuario per ordinē cadit i numerū parem: vt februari⁹ aplis iuni⁹ auguſt⁹ october december. quoꝝ lunatio ſemper ē .29. dieꝝ: excepto februario cui⁹ lunatio eſt .30. qn̄ eſt biſext⁹. Impar vō eſt quādo cadit i numerū iparē: vt ianuari⁹ marti⁹ mai⁹ iuli⁹ ſeptember ⁊ nouēber: q̄ꝝ lunatio ſemꝑ eſt .30. dierū: excepto iulio q i vltimo anno cicli lunaris ꝓpter ſaltum lune habet tm̄ .29. Ex his aūt .12. lunatōib⁹ conſtituunt trecenti q̄nq̄ginta q̄ttuor dies i anno lunari: ⁊ ſic annus lunaris i .xi. diebus excedit a ſolari: ex quo exceſſu omnis varietas erat lune cōſurgit: ita ꝙ vbicūq3 fuerit luna ꝑma i ꝑmo anno fit i ſecūdo .xi. ꝓpter quam varietatē duoꝝ nūeroꝝ genera ſūt iuēta: reglares. vʒ. ⁊ epacte d q̄b⁹ breuiter videam⁹.

De regularib⁹ lunarib⁹. Rubrica.

NUnc videam⁹ de reglarib⁹. Et q̄dem regularis lunaris eſt numer⁹ inuariabilis dat⁹ menſi ad inueniendū lunam i kalē. menſiū ſinglorū. Habēt aūt ortū reglares ab il' q̄nq3 dieb⁹ q ſuperſūt i anno ſolari ſupra trecentos ſexagita dies. vn̄ q̄nq3 reglares dari ſūt ſeptembri a quo ann⁹ lunaris ſumit initiū. Reglares vero alioꝝ menſiū ſic formant: Junge reglares menſis cū dieb⁹ ei⁹. ⁊ ab illa ſ̄ma ſubtrahe lunatōē3 ei⁹: ⁊ reſiduū qd̄ remanſerit erit reglaris illi⁹ menſis. verbi grā. Septēber habet q̄nq3 regulares. ⁊ dies ei⁹ ſūt .30. q coniūcti reglarib⁹ ꝯſtituūt .35. ⁊ lunatio ſeptēbris ē triceſima: q̄ ſubtracta remanēt .5. q̄ ſūt reglares ſeq̄ntis menſis. ſc3 octobris: ⁊ ſic de alys vſq3 ad ſeptēbre3. Nam egypty ſuū annum icipiunt a ſeptembri ⁊ ideo nos annū lunarē icipim⁹ a ſeptembri. De regularibus traditur iſte verſus. Dic. e. g. bis. i. k. bis ⁊ poſt manet ordo. quaſi dicat. Dic. e. bis que eſt q̄nta in alphabeto. i. ꝑmis duob⁹ menſib⁹ anni lunaris dant q̄nq3 pro regularibus. Item dic bis. g. que eſt .7. in alphabeto. i. terti⁹ ⁊ q̄rt⁹ mēſis habent .7. pro regularib⁹. Item dic bis i. que eſt nona i alphabeto. i. q̄ntus ⁊ ſeptim⁹ mēſis hūt .9. ꝓ reglarib⁹ Itē dic bis. k. que ē decima in alphabeto. i. ſext⁹ ⁊ octauus menſis habēt .10. pro regularib⁹. Et nota ꝙ hic tranſitus de q̄nto ad ſeptimū: ⁊ de ſexto ad octauū vt patet i formādo ipſos regulares: q2 ianuarius ⁊ marti⁹ .9. ⁊ februarius ⁊ aprilis .10. habent: ſed poſt manet ordo. i. maius .xi. iunius .12. iulius .13. auguſtus .14. habent

De epacta. Rubrica.

